



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Liber XXVIII. De Verborum obligationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

creditor, vt paulo ante explicauimus, in ius eius succedat, l. 1. si antiq. cred. pign. vend. C. nam tunc soluitur prioris obligatio, & alius succedit, vel si alius quam creditor vendat: vel debitor sol-

uat: vel alius pro eo, non retenta nominatim hypotheca. sicutur eadem. l. 2. 3. Et si de iis qui in prior. cred. loc. succ. l. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. P.

# DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS,

## LIBER XXIII.

### De Stipulationibus. Cap. 1.

Lib. 3. Inst. tit. 16. Lib. 45. P. tit. 1. Lib. 8. C. tit. 38.

- 1 Oratio imago mentis, unde consensu certior significatio & obligatio.
- 2 Sponsio quid, & ab sponte dicta.
- 3 Stipulatio quare verborum dicta obligatio, quid spes, stipendiave.
- 4 Stipulationis definitio: & num contractus.
- 5 Stipulationum diuisio, in conuentionales, & non conuentionales.
- 6 Rursus non conuentionales, pratorie, iudiciales, communes, & qua.
- 7 Pratorie iudiciales, indicatum solui, rem ratam haberi, &c.
- 8 Procurator ad lites quando satisfare tenetur, & quid satisfactio.
- 9 De satisfactionibus iudicialibus.
- 10 Cautionales stipulationes qua.
- 11 Communes qua.
- 12 Dupla stipulationes, & adilitia.
- 13 Communia pratoris stipulationibus.
- 14 Stipulationum conuentionalium subdiuisio, in principales & accessorias: & qua sint, quidq, in illis considerandum, reus, primus que in stipulationem veniunt.
- 15 Res stipulata quid producat, si in commercio non sit.
- 16 Stipulari non possunt res propria, possunt facta, sed possibilia, nec turpia.
- 17 Consensus in re stipulata adesse debet.
- 18 Persona qua idonea sunt stipulandi, & 20.
- 19 Stipulatio iuris civilis est.
- 20 Alteri facta stipulatio, quando valet etiam absenti, iung. 26.
- 21 Reus stipulandi, & reus promittendi quis dicatur.
- 22 Stipulandi que forma: ne inter absentes, per epistolam, nuntiu, sed utroq, loquentis, & presente in continenti fiat.
- 23 Verborum stipulandi auti que formula, illaq, sublati.
- 24 Stipulatio quando, & in quibus pro facta suppletur.
- 25 Stipulationum utilitas.
- 26 Stipulatio absenti an fiat.
- 27 Stipulationes transeunt in heredes.
- 28 Stipulationum duo fines, ad dandum, aut faciendum, aut utrumq, vnde stipulationum a iis diuisio, in dando, & faciendum consistentiunt.
- 29 Agere, facere, gerere, differunt.
- 30 Verborum obligatio habet actionem prestationis fidei, quare.
- 31 Stipulationes sua natura sunt omnes cautionales.

**M**go t mentis & animi cuiusq, vt ait Dionysius Halicarnassus, est oratio, in praefat. histor. Et Aristoteles, πρὸς ἑρμηνείας, ἐστὶ μὲν ὄρα ἐν τῇ φωνῇ, τὸν δὲ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸν ἄλλου συμβολα, καὶ τὴν ὑπερφορῶνα, τὸν δὲ τῆς φωνῆς. Sunt igitur voces, eorum que in anima sunt symbola: & scripta, eorum que in voce. Et proinde ex verbis consensus iudicium certius habitum est, quam ex rei interuentu, cum homo animal sit ἄλογον, quod Graecis & rationale & loquens dicitur: quare & D. Basilus ait, ἐν ὑποθέσει καὶ τῷ σπυριτὸν λέγον, iudicium quod visamus, orationem esse vnum. D. Basilus epistol. 176. Traditque idem auctor, sermonem seu locutionem Deum hominibus largitum, propter conseruationem communicationis societatis humanae: & ad communicationem secretorum mentis, quae alius nisi eo modo cognoscere queat, idem D. Basil. in homil. ad illa verba, Μόλις ἀκούετε μοι, neque quicquam aliud voluisse praesentit, quam dixit: nec dixisse, quae quod prius mente agitantur. l. i. amb. quis, de rebus dubiis, in P. l. Labeo, de supell. legat. Et cum in verbis nulla est ambiguitas, frustra voluntatis quaeque

mouetur. l. ille aut ille, & l. non aliter, de legat. 3. Si igitur quis verbis promiserit, placuit inde, veluti ex consensu expresso nasci obligationem. Et cornu bos capitur, verbis ligatur homo: aut vt alii notant,

*Verba ligant homines, sanctorum cornua funus.* gloss. in §. 1. de oblig.

Concipiantur autem verba eo modo, quo mens obstringendi confert, quibus de voluntate sua propria sponte testantur contra-hentes, vt certum quid libere constituant. Hoc enim verbu sponsonis auctore Varrone, significat: Respondisse, inquit, Varro §. de ling. Lat. quis filiam dicebatur, quod de sponte eius, id est, voluntate exierat. Et postea, Sic depondisse animum quoq, dicitur, vt depondisse filiam, quod sua sponte statuerat finem, a qua sponte dicere, conpondere quoque dixerunt, cum a sponte responderetur, id est, ad voluntatem rogantis. §. 1. de verb. oblig. Verborum igitur obligationem, stipulationem dicimus, quod stipulum apud veteres firmum appellabatur, forte ab stipite: non vt voluit Varro, ab stipe, pecunia scilicet quam stipulari soleamus; Varr. 4. de ling. Lat. quamuis secundum eundem, qui pecuniam alligat, stipulari & restipulari dicitur, & inde stipendia, quod aes antiqui stipem dice-re, ab stipando, id est, componendo, quo minus loci contineret pecunia. Est & spōsio stipulatio, iuxta Varronem, a voluntario & sponte, vnde & spondere & responderi, cum ad voluntatem rogantis dicitur & spondetur, id est, inquit, responderi, Varro in §. de ling. Lat. quod & probant iura. l. 2. de sponsio. P. l. sponsio appellatur, de verb. sign.

Stipulatio est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturumve se id quod interrogatus est, respondet. l. §. stipulatio, de verb. oblig. l. §. verbis, & l. obligamur aut re, de acti. §. 1. de verb. oblig. Stipulator secundum Priscianum idem equod interrogo, glossa in §. praerea, in verbo stipulatus quib. mod. vol. oblig. P. atque inde stipulatus, interrogans in finitione non memini contractas, cum omnis stipulatio contractus non sit nisi conuentionalis, & potius refertur ad actum: vt quod sine verbis sit ad gestus: & ad contractum οὐδὲν ἀγνοῦν, l. si non fortem, 26. §. si decem, de v. sur. in P.

Stipulationum tria conuentionales sunt, aliae non conuentionales. l. stipulationum aliae, §. conuentionales de ver. oblig. P. Conuentionales vocat Pomponius, quae ex conuentione reorū fiunt quarum totidem genera sunt, quot pene dixerim rerum contrahendarum. Nam & ipse ex verborum obligatione fiunt, & pendunt ex negotio contracto. l. Labeo, 29. de verb. sign. in P. Iulianus conuentionales dicit, quae ex conuentione vtriusque partis concipiuntur, hoc est, neque iussu iudicis, neque iussu pratoris. §. conuentionales, de diuis. stipulat. ap. Inst. in lib. 3. tit. 19. Sic liberae sunt conuentionalium formulae quia contrahentibus parum temperare pro arbitrio liberum est, l. §. si conueniat, de pos. P. l. in conuentionalibus, §. 2. de verb. oblig. cum diuersum sit in pratoris, ex quibus nihil immutandum est. d. l. in conuentionalibus, & l. nec ex pratorie, de regul. iur. in P.

Non conuentionales sunt, aut dumtaxat iudiciales, aut pratorie, aut communes. d. l. §. de verb. oblig. P. §. 1. de diuis. stipulat. Pratorie rursus, aut iudiciales, aut cautionales, aut communes. l. de pret. stipulat. 46. P. tit. 5. Iudiciales sunt dumtaxat, quae a iudice officio proficiuntur. d. l. §. iudiciales, de verb. oblig. & §. 1. vers. iudiciales, de diuis. stipulationum. Pratorie quae a iudice officio proficiuntur. d. l. §. pratorie, & in §. pratorie, de diuis. stipulat. Inter iudiciales sunt, d. §. 1. de diuis. stipulat. de dolo cautio, d. §. 1. & §. iudiciales, l. §. exempl. in l. creditor, de pign. actio. P. de persequendo seru. qui in fuga est, & de eius restituendo pretio, d. §. 1. & l. si, cum exceptione, §. quod si homo, l. redhibere, §. fir. de edil. edict. P. Differt igitur autem in pluribus iudiciales quae pratoris non sunt, a pratoris, quod pratorie ex pratoris auctoritate seu edicto proponantur, & possint sine iudicio praecedente peti. Iudiciales

dicialia potro, ex aliorum quam pratorum auctoritate, puta, Cef- fatum vel aliorum nomothetarum, habet definitam naturam ob iudicia iam cepta per consequentiam praestanda. *notat gloss. in §. pratoria. ad verbum veniunt, de diuis. stipulationum.* Habent tamen pratoriae & suas iudiciales, quae propter iudicium interponuntur, quales ratum iudicium haberi, l. 1. §. iudicialis, de praes. stipula. P. tit. rem ratam haberi. lib. 4. P. tit. 8. iudicatum solui, d. §. iudicialis, & tot. iudic. sol. lib. 4. P. tit. 7. de operis noui nuntiatione, de opere demoliendo, si iudicatum sit. l. stipulatio, de operis noui nuntiat. in P. Per iudicatum solui stipulationem olim quis antequam litem contestaretur, tria promittebat. Primum quid defenderet, quod dolus abesset, quod iudicatum solueret. Atque qui suo vel alieno nomine conueniebatur, hac stipulatione cauebat: & si alieno, adhuc, ratum habiturum dominum. At hodie qui nomine suo agit vel defendit, nullam satisfactionem pro re reddenda, an pro litem aetimatione praestat, sed pro sua ratum persona, quod in iudicio permaneat, cum iureiurando, vocantque hanc cautionem iuratoriama. §. 1. & §. sed hodie, de satisfactio. apud Iulianum. lib. 4. Inst. tit. 11.

8 Alienae tamen litis defensor siue procurator, siue alius, non nisi cum satisfactioe & stipulatione idoneas est: ideo promittere debet iudicatum solui, vel defendere, vel in iudicio, vel extra, eaque stipulatione se & heredes obstringit. §. fin. autem per procuratorem, & §. seg. eod. tit. de satisfactioe. Et si non doceat procurator de mandato, de rato quoque caueri debet, per tit. rem ratam haberi, P. Nisi apud acta datus sit: quia tunc non de rato, sed tantum de defendendo caueri debet. l. 1. C. de satisfactio.

9 Satisfactio tamen pro nihilo aliud est, quam quando aduersario, pro eo quod a nobis petit, ita cauemus, vt eum securum reddamus, l. qui satisfactio cogant. in P. Quo titulo & traditum de satisfactioe iudicio sibi, iudicatum solui, & quae personae latidant, vt quae per se iudicio interesse nequeunt, condemnationis subeundae causa: tractatur autem de effecta cautionum iudicium sit sed causa factarum, tit. si quis cautionem. & in eius l. 2. de impedimentis legitimis quae committit stipulationem non finant. Sicut & in toto titulo, de eo per quem fact. erit.

10 Cautionales tamen stipulationes pratoriae, quamuis omnes dici possint generaliter, quod per eas omnes nobis propiciamus & caueamus. tamen singulariter illae huiusmodi dicuntur, quae ad instar actioni nobis caueri propiciant: vt quae noua de robor debito addunt, qualis est stipulatio de legato praestando, rem ratam haberi, de damno infecto. in l. 1. §. cautionales, de praes. stipulat. P.

11 Communes tamen sunt, quae a pratoris auctoritate nullo precedente iudicio, vel eo intercedente ex iudicis alterius officio, si expedire illi videatur, interponi possunt: quales, rem ratam haberi, & rem pupilli saluam fore. §. si de diuis. stip. ap. Inst. l. 1. §. communes de prator. stip. P. l. 5. §. communes de verb. obl. P. §. Addit tamen Pomponius stipulatione duplae, quae & iudice, & ab adilito edicto venit, d. l. 5. §. communes l. emtori, de emitt. in P. edititae namque stipulationes, iuris prouti consentur. §. pratoria, de diuis. stip. §. proponebant, de iur. nat. §. Commune tamen pratoris stipulationibus vt latidetur, Paul. l.

12 3, de praes. stip. id est, dantur fidei iussores, non pignora, l. pratoria stipulationes, l. 7. eod. tit. & procurator per eas quae rat domino, l. in omnib. §. eod. potaque illis inferri, l. in omnib. §. eod. possit, & repositi possunt, sine culpa stipulatoris, cautum esse desinat. l. pratoria autem, §. eod. P. Sunt aliae diuisiones stipulationum, de quibus in actione earum postea.

14 Alla tamen diuisio stipulationum conuentionalium, vt aliae fiant per se principaliter, aliae sint cum aliis. Principaliter fiant, quae sine alio contractu fiant: aliae ad alios contractus referuntur, vt fidei iussio, expromissio, adpromissio, constitutum, adiectur & pollicitatio. In omnibus cuiuscumque sunt speciei, res contemplabimur, quae in stipulationem veniunt, personas stipulantium, quod geritur, seu formulam contrahendi vel stipulandi, & reliqua quae in aliis contractibus. Res omnes quae dominio nostro subiacentur, siue mobiles, siue sibi sunt, in stipulationem deduci possunt. Sicut contra, quae non sunt in commercio nostro, excluduntur, §. 1. de inutil. stip. vt sacrae, religiosae, liber homo, &c. l. inter stipulantes §. sacrae, de verb. oblig. §. ad em iuris, de inutil. stip. §. Si tamen res in commercio promittentis non est, sed tamen a alterius, & in suo etiam aliquo modo esse possit recte stipulationem admittere, l. multum interest, §. 4. de verb. obl. P. nam est praestare non possit facto alienam rem stipulator, nihilominus tenetur ad id quod interest, l. mortuus homo, §. Labo, de leg. 2. Item erit inutilis stipulatio, si quis stipuletur dari vel fieri, quod natura non concedit, vel si lex fieri

prohibeat, idque habeat perpetuam prohibitionis causam. l. si stipuler. §. 3. de verb. oblig. Res tamen suas nemo stipulari dari sibi potest, nisi in eum casum quo res sua esse desinere potest. l. nemo rem suam, in l. 2. §. 2. l. si rem meam, de verb. obl. §. item nemo, de inutil. stip. Quia scilicet dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur vt eius fiat: nec res quae iam domini est, magis eius fieri potest, §. sic ita quae discretis, de act. l. 3. §. ex plurimis, de acquir. possess. §. sed cessi rem legataris, de leg. quamuis recte rem suam sibi tradi stipuletur seu restitui. l. nemo, in l. respons. de verb. oblig. In stipulationem veniunt & facta, §. fin. de verb. oblig. l. 2. eo. tit. P. non tamen facta impossibilia iure, aut natura, l. si stipuler. l. generaliter. l. veluis, de verb. oblig. P. potissimum vbi impossibile affirmatiue concipiatur, vt si caelum digito terigeris. Quia si negatiue, non vitatur stipulatio: vt si digito caelum non terigeris. l. impossibile, & l. si homo mortuus, de verb. oblig. P. l. impossibile, de reg. iur. Turpis itaque causa, vt iure impossibilis, l. si quis qui, de condit. inst. P. §. item contra, de inutil. stipul. & contra bonos mores, stipulatione non re comprehenditur: veluti si de futura sit successione. l. stipulatio hoc modo, de verb. oblig. l. ex eo, de inutil. stip. C. Et iure submota est Octacilia Lateraneensis, quae commercium libidinis habebat cum Vespellio Verone, a petitione trecentum millium nummum, quos stipulata erat, & spoponderat Caius Vespellius Varro, dante graui morbo laborabat, sed eo consilio & animo, vt si quid humanitus et contigisset, tam a suis heredibus Octacilia peteret, velut genus aliquod legati, ita sub titulo creditae pecuniae recta in honesta liberalitate, Valer. Maximus lib. 8. c. 2. Consentire autem debent, qui contrahunt de re seu materia, cuius error & dissensus vitiat stipulationem. §. si de alia, de inutil. stip. Personae, tamen quae huic stipulationi idoneae, illae erunt quae pacifici libere possunt, si modo loqui possunt, & nisi expresse prohibeantur. Et proinde excipiuntur mutos, surdos, §. mutum, de inutil. stipul. l. 1. de verb. oblig. §. si de act. P. furiosos, §. furiosos, de inutil. stip. l. si a reo. 70. §. 3. de iudic. P. l. in negotiis, §. l. furiosus, 40. de reg. iur. Neque enim verba obligant, nisi adsit voluntas obligandi, l. omnium, 10. de contrah. stipul. C. & in l. non solum, §. 1. de actio. P. quae nulla inest furiosis, l. furiosus, 40. de reg. iur. l. 2. §. 2. de iur. co. P. ita & infans reicitur ab stipulatione. §. pupillus, vers. nam quod diximus, de inutil. stip. Pupillus tamen sine auctoritate tutoris non obligatur stipulatione, alios tamen sibi obligat. l. in intelis, & l. si pupillus, de verb. obl. l. fin. §. 1. co. d. §. pupillus, l. 1. C. de inutil. stip. lib. 8. tit. 39. Pubes tamen sine curatoris auctoritate obligatur ex stipulatu, l. puberes, 101. de verb. oblig. l. neque tutoribus, l. 7. de contrah. & com. stip. C. quamuis & huic si licet sit per restitutionem tubenatur, l. si curatorem, de in integ. rest. Sic cum bonis lateri dantur est, stipulando sibi acquirit, alius non obligatur. l. si cui bonis, §. de verb. oblig. At qui in aliena potestate sunt, vt serui, suo nomine recte sibi non stipulantur, quae iuris sunt, sed quae facti. l. stipulatio ista habere licere, §. 8. §. si quis sunt, de verb. oblig. §. 1. de stip. seruor. §. Exstant tituli de stipulatione seruorum, lib. 4. §. P. tit. 3. §. lib. 3. Inst. iur. civil. tit. 17. qui hac de re plenius docere possunt: stipulatio quippe iuris civilis est. §. de const. de act. l. fin. de duob. reis, P. l. si debitor, 47. de fidei iussor. cuius incapaces sunt serui, l. quod ait in re, de reg. iur. Filius familias si pupillus, nec cum patris auctoritate obligatur: si impubes cum eo recte stipulatur sibi, l. si §. 1. de verb. oblig. at siue patre recte stipulatur cum patri acquirit, & seruis domino, d. l. stipulatio ista, §. 1. qui. §. Estque tamen hic casus, quo licet alteri stipulari, videlicet ei cuius iuris qui subiectus est, non alii nisi nostra intersit, l. stipulatio ista, §. alteri, de verb. oblig. §. alteri, & §. si quis alteri, §. si quis alium, de inutil. stip. l. 3. C. eo. tit. vel procuratorio, l. si procuratori presentis, de verb. obl. P. nomine, vel nobis subditis fiat, l. 2. de contrah. & com. stip. C. l. fin. C. de inutil. stipul. iure tamen canonico valet stipulatio in alterius fauorem facta, potissimum si adiciatur iuramentum. glo. in c. notius, in 1. in verbo, part. 1. q. 7. arg. c. iuramenti, 22. q. 5. l. 1. de constituta pecunia. Soletque hodie stipulatio alteri absentis facta valere, propter sponsonem & acceptationem, quam tabellio vel alius absentis nomine facit. Inutilis porro illa stipulatio, si vel ab eo stipulatus qui tuo iuri subiectus est, vel si a re stipuletur. §. item inutilis, de inutil. stip. l. de contrah. emt. C. Filius familias maior recte aliis stipulatur & obligatur, l. cum filiis familias, 49. §. l. si seruus, 141. §. 1. de verb. oblig. §. item inutilis, de inutil. stip. l. si quis, 44. de pecul. nisi quatenus facessit. Seruus tamen Macedonijum l. 1. ad Senat. ius. Macedon. §. Qui tamen stipulatus reus stipulandi dicitur: qui promittit, reus promittendi habetur, vt notat Modestinus, l. 1. de duobus reis, lib. 4. §. P. tit. 2. & vnum, & duo, & plures rei promittendi & stipulandi esse possunt, l. 3. 4. de duobus reis, l. nemo, §. eodem. Reus a re dicitur,

dum de re eius agitur, c. forus, de verborum significationib. Cicero 2. de Orator. Plurim autem cum res stipulando & promittendo agatur illi & rei promittendi & stipulandi dicentur. l. duos reos. in princip. §. 1. de duobus reis. l. si ex duobus, l. 12. eod. si plures simul interrogent, simulque plures promittant: quamuis sit disparitas modi promittendi, vt si alter pure, alter cum conditione promiserit. l. ex duobus, l. 7. eod. vel quamuis ad sit disparitas locorum, l. eandem rem, §. fin. eodem titul. vel personarum, l. si ex duobus, l. 12. §. si a Titio. eod. titul. & quamuis alius sit contractus quam stipulationis, cum in aliis quoque constitui possint duo rei vel plures, vt in emtione, venditione, disposito, commodato, lectione, l. eandem rem, §. eod. licet queritur. §. duob. & l. cum apparebit, loca. P. l. si duo, de constitut. pecunia. P. disparitas tamen rei debet vel causa debendi duorum reorum constitutionem. l. si id quod, l. 15. de duobus reis, P.

22. §. Forma substantialis stipulationis habet expressionem serio factam consensus, l. Varro, §. de ling. Latin. per verba vtriusque contrahentium, l. 3. §. fin. de actio. P. l. non solum, §. eod. titul. & vtroque loquente, presente, & vocem intelligente, l. 1. de verbor. obligationib. metu & dolo non interuenientibus, l. si quidem, §. de contrah. stipulat. C. l. dolo, ca. de inutil. stipulat. interrogacione precedente, & ratione subsequente, quae interrogationi conueniat, licet inutilis, §. §. praeterea, de inutil. stipulat. l. 1. §. si quis simpliciter, de verborum obligation. §. 1. de verbor. obligat. vnicō contextu fiat, non diuertentibus contrahentibus ad extraneos actus, nec aliis interuenientibus negotiis medijs, nisi exigua quaedam obiter interponatur modico interuallo, quae non nocent. d. l. in princip. §. §. qui praesens. & l. qua extrinsecus, & l. continuus, l. 137. de verborum obligat. Nec modicum tempus interrumpit continuitatem stipulationis, quemadmodum longius interuallum, l. duos reos. §. duo rei, de duobus reis. P. l. si ex duobus, eod. tit. sicuti in alijs, in quibus forma ex vnicō contextu pendet, & diuidi non potest. l. here des palam, u. §. vnicō, de resam. P. Inter absentis autem fieri non potest: quia se illi mutuo exaudire non possunt, neque ideo per epistolam, vel literas, l. 3. de inutil. stipulat. §. item verbo, eod. apud Iustinia. l. 1. de verbor. obligat. l. his verbis, de duobus reis, vel nutu, l. 1. §. si quis ita, de verb. oblig.

23. §. Verba solemnia olim erant, quibus concipiebantur stipulationes: spondeo? spondeo: promittis? promitto: fidei iubeo? fidei iubeo: fide promittis? fide promitto: dabis? dabo: facies? faciam. §. in hac re, de verb. oblig. Erat & alia formula promittendi, proba dari, l. licta, si certum petat. P. l. si ita, l. 26. §. 1. de verb. oblig. apud Varroem, lib. 2. de re rustica. c. 2. & alia prisca formula de qua his agit verbis, cum de ouibus mercandis tractat. De reliquo, antiqua fere formula vtrunt: cum emtor dixit tanti sint mihi emtae? & ille respondit, sunt, & expromisit nimos: Emtor stipulatur prisca forma sic, illa oves, qua de re agitur, sanas recte esse vt pecus ouillum, quod recte sanum est, extra lucam, surdam, minam, id est, ventre glabro: neque de peccore morbofo esse, habereque licere, haec sic recte fieri spondeo? Hodie verborum formulae sublatæ sunt, lege Leontis, quæ tantum sensum & consonantem verborum intellectum ab vtraque parte solum desiderat, quibuscuq; verbis expressus sit, §. in hac re, de verb. oblig. l. omnes stipulationes, §. 10. C. de contrah. & commut. stipul. siue Latinis aut Graecis, aut quibuscuque alijs, dummodo a contrahentibus intelligatur quid dicatur siue per se, siue per interpretem, in l. §. fin. de verb. obligat. P. §. vtrum, eod. tit. apud Iustinia. l. Graeco, de fideiussor. in P. Liberumque est interroganti verba stipulationis ex arbitrio componere. Ideo verba si dubia sunt, contra eum, vt qui potuerit componere & dicere interpretantur auctore Celso. l. quicquid astringenda, de verb. oblig. C. apud Plautum, in pseudolo. Bal. Rogato obsecro, hercle gestio promittis? Sim. Nil illam periculum est, quod sciam stipulari ut concepisti verba. Roganti minus dabis? Bal. dabuntur. Fiunt itaque stipulationes ex mente contrahentium, pure, in diem, sub conditione, sub modo, cum accessione personarum & rerum. §. omnis stipulatio, de verb. oblig. l. obligationum fere, de actio. P. Imo si quis interrogatus num spondeat, & respondeat, quod vis faciam, verbis obligatus censetur, l. blanditus, C. de fideiussor. adicitur & poena aliquando, & plerumque sine poena, l. cum quid, de verb. oblig. sunt stipulationes.

24. §. Ceterum ignorandum non est, ex legis auctoritate in alijs stipulationem fingi interuenisse, si omnia fuerit, & haec sit sine verbis: vel melius verba suppleantur, dum effectum stipulationis, pendente ac si interposita esset, lex indulget, vel praesumit. Estque tacta stipulatio, qualis intelligitur in dotis datione, de ea

restituenda, l. vnic. C. de rei vxor. acti. & in arrogacione, de bonis arreati post eius mortem restituendis, l. non enim agitur, & l. his verbis, de adop. in P. & in causa fideiussorum tutorum, qui nomina sua in acta redigi passi sunt. l. cum offendimus, §. 4. §. 1. de fideiussor. in P. Praesumit & lex stipulationem vere interuenisse, si instrumentum de ea compositum id referat. l. optimam, §. 14. de contr. & commut. stip. C. l. 1. eod. item si quis literis se praestaturum cauerit, id est, promiserit, si inter presentes actum est, intelligi vult lex verba praecessisse stipulationis, l. Titia, §. 134. §. idem respondit, in 2. de ver. obl. P. & omnia praesumuntur solemniter acta, si de contrario non constat. l. sciendum, de verb. obl. l. ex hac, de dolo, in P.

§. Vtilitas huius stipulationis, stipulantis est, si is qui stipulatur sibi quaerere possit: sin minus, domini, si per se reum, l. 1. de stipulat. seruar. P. §. fin. eod. tit. ap. Iustinia. & patris, si per filium familias fiat. l. fin. de inutil. stip. C. Pater stipulando filio qui est in sua potestate, sibi stipulari videtur. l. 2. C. de contrah. stip. Qui stipulatur cum morietur, sibi & heredi stipulari videtur. l. 4. de contrah. stip. C. l. fin. C. eod. §. Si si & alteri quis stipuletur absentis iure ciuili, in per. 16. sona absentis est stipulatio inutilis, pro parte autem stipulantis valet: & in totum si sua interest, l. si mihi & Titio, & l. sum qui ita, de verb. obl. §. quod si quis sibi, de inutil. stip. vt si stipulando pecuniam suam crediderit, l. inter stipulamem, §. alteri, de verb. oblig. l. 3. C. de inutil. stipul. habetur namque ratio tunc contractus boni dei mutui, in quo vt in similibus adiectio personae alterius non obest quin ex integro quaeratur contrahenti. l. 3. C. de contrah. stip. l. fin. C. de inutil. stip. §. Transiit & omnis stipulatio quae in dando vel in faciendo, vel in vtroque consistit, l. fundus, de contrah. emt. P. in heredes, siue heredum specialis mentio fiat, siue non, cum factum per alios quam contrahentes impleri possit. l. veteris iuris, §. 13. C. de contrah. stipu.

§. Porro stipulationes duos fines habet, vt obligent ad dandum, 18. aut ad faciendum quippiam, vel ad vtrumque, l. veteris, §. 13. de contra. stip. C. ita, quaedam in dando, quaedam in faciendo consistunt, l. 2. de verb. obl. P. & sub his, & non dare, & non facere continentur: qualis illa, per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat, l. 2. §. si. §. l. 3. de verb. obl. ne dolas fiat, vel dolum abesse, l. 4. de verbo. obl. §. M. Terentius ¶ Varro constituit differentiam inter facere, 19. agere, & gerere: vt poeta facit fabulam, non agit: actor agit non facit: & Imperator dicitur res gerere, id est, sustinere, nec tamen facit, nec agit, & proprio nomine dicitur facere, a facie, quod rei quam facit imponit faciem, a qua facie illud quod fit dicitur; verum haec aliquando translatis confundi verbis. Varro §. de ling. Latin. Quemadmodum & Papinian. in l. verbum facere, §. 21. §. de verb. sign. verbum facere tradit, omnem omnino faciendi causam completi, dandi, solvendi, iudicandi & ambulandi. Sic etiam & Caius, l. licet, §. 8. eod. haec promiscue vsurpari notauit.

§. Placuit autem pluribus de causis, verborum promissionem 10. efficacem ad coactionem praestationis fidei pertinere. Nam & verbum a veritate dictu autumat Varro, de ling. Lat. §. & mentis visum turpissimum, imo delictum animaduersione apud Persas dignum, Herodo lib. 1. & Antigonus Monoculus mendacii ab Alexandro Magno conuictus, aula pullus, praefecturaque priuatus; Plutarchus in Alex. vita. vt & in iure poena mendacio plerumque indicta. Vlp. in l. 4. §. 1. quod cum eo qui in alien. potest. ibi, §. l. 1. in verb. propter mendacium nota iura similia. Cicero verborum promissionem iure 12. Tabularum firmitatem habuisse, & deceptionem in his iure ciuili puniunt tradit. Et cum lege duodecim Tabularum esset, inquit, Ciceo. 3. Officior. praestari quae lingua nuncupata essent, vt qui inficiatus esset, dupli poenam subiret, a Iurif. consultis etiam poena reticentiae est statuta. Et inde iure ciuili verborum conceptiones inueniunt, & definitae, §. de constituta, de alt. ad fulciendam in nominatarum, & alioquin debilibus conuentionu causam, & vt verius & tutius nobis consuleremus. Iason in l. cum mota, C. de transact. Et verbis credimus, quodam actu ad obligationem comparandam interposito, veluti stipulatione, l. 2. §. fin. de reb. credit. P. Fuitque necessaria haec contrahendi per verba formula, firmandaque fuit iuris auctoritate & vinculo, cum res ad manum perpetuo non sint, quibus quando volumus possimus transferre dominium traditione, quod nec nuda pacta efficiunt, l. r. aditionibus, C. de pact. nec nuda pollicitatio: nisi & promissio intercesserit. l. nuda, §. de contrah. stipulation. C. & cum promissione stipulatio, id est, interrogatio & responsio, l. 1. §. qui praesens, de verbo oblig.

§. Quamobrem omnes stipulationes, sui natura cautionales 11. sunt

facit, hoc enim agit in stipulationibus, ut quis cautior sit & fecerit, interposita stipulatione. *Vlpian. in l. 1. §. communis sunt, de praetoria stip. P.* Sic enim oritur in actio personalis.

De Actionibus obligationis verborum.

C A P. 2.

- 1 *Actiones vim obligationum ostendunt.*
- 2 *In actione stipulationis res num certa vel incerta perpenditur, & quae stipulationes certa, vel incerta.*
- 3 *Certi conditio pro certa, pro incerta ex stipulatu actio.*
- 4 *Incerta res hic, quomodo accipienda.*
- 5 *Actio hac ex stipulatione, pro quibus, & quibus datur: & contra quos.*
- 6 *Quando ex stipulatione agi potest, & quando ex forma.*
- 7 *Qua quod interest venit in stipulationem, post moram.*
- 8 *Stipulatio contractus stricti iuris.*
- 9 *Poenam solvendo quando liberatur promissor, eodem.*
- 10 *Fructus quando ex stipulatione rei petiti solvantur.*
- 11 *Stipulationum fo. male, & pacta observari debent. Et quae clausulae obsequari debent. eod.*
- 12 *Stipulationum alia parte, alia sub conditione, alia in diem sunt. De eorum effectu, eod.*
- 13 *Facienda stipulationes quomodo examinanda.*
- 14 *Dandi stipulationes, quomodo producant effectum.*
- 15 *Stipulationum alia dividuntur, alia in diem dividuntur.*

1 **A**ctiones vim inesse conventionibus indicant, & propter illas vinculum quoque firmatum fuisse apparet. *Si quis, inquit Cicero, quod stipondit, qua in re verbo uno se obligavit, id non facit, manura iudicio sine vlla religione iudicis condemnatur. pro Caccina, paulo post principium.*

2 **I**n actione itaque res primum perpendenda, quae in stipulationem veniunt, ex quibus certa vel incerta sit stipulatio. Certa dicitur stipulatio, quando id quod in eam deductum est, quid, quale, quantumve constat: & contra, incerta, si non appareat quid, quale, quantum. *Stipulationum quaedam 74. & l. ubi autem, 75. de verbor. oblig. fu. in l. certum, de reb. cred. P.* Incertae quoque sunt stipulationes, vel ratione futuri temporis, ad quod referuntur: ut, promittis mihi 10 annos singulos quoad vitam, *l. si Stichum aut Pamphilum, de verbor. oblig. quammis eum moriendum esse certissimum sit, mortis tamen dies incertus est, l. de condit. & demonstrat. P.* aut ratione quantitatis: ut, promittis te mihi pecuniam credituram: petam enim si non credas quanti mea intererit. *l. si poenam stipulatus fuero, 58. de verborum obligat. & Si vim certa res in stipulationem venit, datur certi conditio specialis, ex stipulatione: si autem incerta, ex stipulatu, si non fiat, vel si non detur, quod convenit: vel si aliter fiat, vel contra quam fieri oportuit. §. 1. de verbor. oblig. & Incerta propterea hic accipitur, non quidem omnino incerta ex genere suo toto, quod definitur non possit: nam eius generis stipulationes inutiles omnino sunt, sed tantum ea hic incerta dico ratione speciei, in qua quamvis quid, quale, quantumve contingatur, non apparet statim: declaratari & apparere postea tamen possit. *Ut si quis bonivim Campani amphoras decem stipuletur, vel quid simile, l. in stipulatus, 115. l. tit. cum, 93. de verbor. oblig. ut fructum proveniat, l. ubi autem §. fundi, de verbor. oblig. & ea quae in faciendo consistunt, d. l. ubi autem & l. quoties, & l. stipulatio ista, de verbor. oblig.**

3 **I**n summa actio datur, si contra fidem datam fiat, vel si fiat aliter quam promissum sit, quod pluribus exemplis fulissime in titulo de verborum obligationibus explicatur. Datur ei qui sibi stipulatur, non absentis, cui stipulatio ab alio quam procuratore, vel seruo facta est. *l. si ita stipulatus, 116. §. Chrysegonus de verbor. oblig. l. si §. fin. eod. tit. l. 3. C. de contrah. stipul. in l. si vero, 8. de constitut. pecun. a. l. 13. P. tit. 5. l. quod stipulatus, 10. de solut. lib. 46. P. tit. 3. Et si quis sibi & Titio stipulatus est, sibi non Titio actio competit, *Paul. d. filius, in §. Vlp. l. quod unq. 45. in princip. & §. fin. de verbor. oblig. ex stipulatione filii familias actio quaeritur patri, habita ratione temporis quo filius contra sit: quamvis postea fuerit emancipatus, cum in stipulationibus inspicimus tempus quo contractus, quod ad acquisitionem paternam pertinet, si vires accipiat eo tempore stipulatio, *l. si filius familias, 78. de verbor. oblig. non quando tempore emancipationis vires capit, ut in illa, quantam pecuniam Titio credidero, l. quidam cum filium, 132. §. si de verbor. oblig. quae omnia & conveniunt in serui stipulatione observate, qui stipulatio extra factam domino quaerit actionem, *l. fin. de stipul. seruorum, P. l. quae legata, 18. de reg. iur. §. sine autem, de stip. seruor.****

ut procurator domino vilem. *l. si procurator, 79. de verbor. obligat. P.* Heredes & contra heredes contractum datur etiam actio ex stipulatione, si facti & realis sit, *l. stipulatio ista, 38. in princ. & sicut autem, & §. sed si quis, de verbor. oblig. P. l. si ita stipulatus, 92. eod. l. veteris, 13. de contrah. stip. C.* non etiam si personalis: nisi de herede nominatim caveatur. *§. at si ita, de verbor. oblig. d. l. stipulatio ista, §. quis ita, & l. eum qui, 56. §. quis ita, de verbor. oblig.*

4 **Q**ui agere vult vult, expectare tempus quo agi potest, & §. omnis de verbor. oblig. l. eum qui calendis, & l. qui hoc anno cum sim. eo. in P. & petere loco debito, & destinato solutioni non alibi, l. 1. & 2. §. fin. de eo quod cert. loc. P. alioquin plus tempore & loco peteretur. *§. plus autem, & §. loco plus, de actio. c. 1. de plus petis. ap. Gregor.* Sicut & contra, minus soluitur, quando non suo tempore, & loco soluitur: quare ratione eius quod interest alibi peti vel solui, quam ubi placuerit, prodita est arbitraria actio utilis. *d. l. 1. §. fin. & l. 2. de eo quod cert. loc. Et datur quidem in bonae fidei iudiciis actio ex eo contractu quo convenit certo loco praestari, veluti ex emptione, & locacione, si in his placuerit id ipsum, sed si stipulatio interuenerit, ex stipulatu dabitur actio quod certo loco. *l. in bonae fidei iudiciis, de eo quod cert. loc. & Venit & in stipulatione quantum mea interest, si dem non fuisse impletam stipulationis, post moram. *l. si poenam, 68. l. quoties, §. l. cum stipulatus, 113. §. fin. & l. si fundum certa die, 114. l. si ita quis promiseris, 135. §. ea lege, de verbor. oblig. P. l. si quis ab alio, 137. §. fin. de re iud. P. l. si quis in sua voc. non ser. lib. 3. P. tit. 6. Si tamen poena adiecta fuisset, de ea primum agenda esset, d. l. quoties, 81. de verbor. oblig. & l. qui Rome, 122. §. Flavius Hermus, eo. & eius praestacione liberabitur, qui promiserit: quia sola poena in stipulatione est. *l. obligationum fere, 43. §. si ita, & §. sed si naum, de verbor. oblig. l. 4. §. Labeo ait, de doli exceptio. lib. 44. P. tit. 4. nisi si quid aliud dictum sit, quod palam exprimi debet.****

5 **V**ipote si existit contractu hoc stricti iuris, *l. quicquid adstringens, de verbor. oblig. P.* vel nisi poena pro solutione facienda debiti adiecta: nam tunc debetur semper debitum, sed mora facta soluendi die dicta, poena ultra debetur. *l. traiecit, 2. de actio. P.* Et datur stipulationes censentur, & vna alteram non censetur novare, *ut in l. cum stipulatus fuero, 90. de verbor. oblig. P. iuncta l. obligationum fere, §. fin. de act. in P. Qui vacuum sibi possessionem tradi stipulatus est in venditione, fructus ex stipulatione petere non poterit, quamvis ex emto consequatur. *l. 3. §. si emtor, de actio. emt. lib. 19. P. tit. 1. Sic & Paulus respondit, in l. videamus, 38. §. si actionem, de usur. lib. 22. P. tit. 1. Si actionem, inquit, habeam ad id consequendum, quod mecum non fuit, veluti ex stipulatu fructus non consequar, etiam si mora facta sit, nisi acceptum sit iudicium, & post acceptum.* *§. Vlpianus tamen eum qui stipulatus sit rem dari & vacuum possessionem tradi, fructus postea captos, in certacione ex stipulatu petere posse tradit, & partus, *Vlpianus l. 4. de usur. in P. quia qui vacuum possessionem tradi promiserit, non nudam factum stipulatur, sed etiam bonorum, l. in consuetionalibus, 53. §. si de verbor. oblig. id est praestari rem in eo statu quo erat, cum stipulatio facta est: unde recte accessiones quae postea aduenerint, petuntur.***

6 **P**erpetuo tamen observandae sunt conceptiones stipulationum, & quae in illis placita fuerint: quia contractantes illis formam dant ut praetoris, praetor. *d. l. in consuetionalibus, l. 1. §. si conuenis, de post. in P. l. 1. de pact. in P.* Et clausulae nominatim appositae, sequenda sunt. Et plerumque in praefationibus conuenta censentur in stipulationibus repetita. *l. Titia quae ex alio, 134. §. 1. de verbor. oblig. Sed & doli clausula generalis ad ea quae nominatim cautata non sunt pertinet, *l. stipulatus omnia commodissimum, 53. §. si de verbor. oblig. nec solum ad ea quae per se ante defuncta, quae ex propria definitione intelligenda sunt. *l. doli clausula, 119. & l. si ita quis, 153. §. fin. eo. tit. de verbor. oblig.***

7 **I**n actione, vel agendi tempore, tunc alia diuisio seu distinctio obligationis verborum observanda est: ut aliae pure sint stipulationes, aut in diem, aut sub conditione fiunt. *§. omnis, de verbor. oblig. P. l. obligationum fere, de act. in P.* Quod pure stipulatione concipitur, statim peti potest, *d. §. omnis, l. eum qui calendis, 41. §. si de verbor. oblig. P.* cum aliquo tamen temperamento: non enim venire debet creditor cum sacco paratus. *l. quod dicimus, de solutio. P. l. in omnibus, de reg. iur.* Nisi etiam locus adiectus stipulationi, spatium temporis inducat, *d. l. eum qui, §. fin.* nam adiectio loci quo dandum sit, tempus tacite inducit quod expectandum est, donec eo venire possit arbitrato iudicis, id est, boni viri decernendum, qui aestimet, quanto tempore bonus pater familias efficere possit id quod aliquis se factum promissit. *l. interdum, 171. l. continuus, 137. §. cum ita, de verbor. oblig. §. loca. eo. tit. ap. Instum. Sic & si ex diuisione*

1. cis, ali quis vel plures Capuz dare promiseriat, ex persona cuiusque ratio temporis habebitur, *Leandem rem, 9. §. si. de duob. reis, lib. 45. P. tit. 2. & vocabitur hæc conditio taciti temporis, l. si testamento, 50. §. questum. de fideiussor. lib. 46. P. tit. 1.*

- 12 ¶ Eadem ¶ in faciendõ obseruanda, vt tempus puræ quantum stipulationis expectandum sit, quo opus perfici possit. Et modus adhibendus est secundum rationem diligentis ædificatoris, & temporum locorumque. Item si non incoetur opus, id tantum æstimatur, quod in illo intervallo effici possit, transactoque tempore quo opus consummari oportuerit, si postea ædificetur, liberatur reus: sicuti liberatur qui se daturum sponsondit, si quando tradiderit, *Fenuleius in l. continuis, 137. §. item qui iniuriam, de verb. oblig. & nisi lis contestata sit, l. si in solam, eo. tit. P. & mora commissa. ¶ Nam ¶ qui fundum dari stipulatur, vel hominem, non poterit continuo agere, nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri possit, §. si. de inuti. stipul. l. si ita stipulatus, 14. §. l. & id. eo. l. 15. l. ex sumo, 208. §. fin. de verbo. oblig. Verumtamen ubi iam cœperit mora faciendæ insulæ fieri, tunc agetur, diesque obligationis cedit. *l. stipulationes non diuiduntur, 72. §. fin. de verb. oblig. Si in diem potest, §. omnis, de verb. oblig. l. cum qui calendis, 41. §. l. cent. finis, 46. l. qui hoc anno, eo. tit. P. quia dies in gratiam promissoris appobita est, d. l. cum qui, 41. §. fin. l. cum tempus 17. de regu. iur. in P. l. quod in diem, de solat. in P. Et ideo medio tempore soluere quidem, si velit, potest, sed non cogitur: neque ea die vel mensē quo dari stipulatus est, tota namque dies & mensis arbitrio debitoris tribui debet. *d. §. omnis stipulatio, de verb. oblig. §. qui hoc anno, de inutil. stipul. l. qui hoc anno, 42. l. veluti, 17. §. fin. l. que quædã, 99. §. fin. l. cum qui certum, 138. de verb. oblig. Quo fit vt stipulatio faciendi in diem concepra, non committatur nisi transacta die, quæ is antea cõstet intra breue residuũ tempus impleri nõ posse promissionem, *l. in solam, 124. l. in illa stipulatione, S. d. l. veluti, 27. §. si. de verb. oblig. Conditiones de futuro euentum expectant ad actionem proponendam, & ex conditionali stipulatione tantum spes est debitum iri, & ea in heredes transmittitur, si priusquam exstet conditio mors contigerit stipulantis. §. ex conditionali, de verb. oblig. l. is cui, l. 4. de act. in P. Si in præteritum vel præsens fuerit collata conditio, aut statim in firmant obligationem, aut omnino nõ defecunt, §. conditio, de verb. oblig. l. conditio, 100. eo. P. Ex his mora perperaditur & interitus periculum. Sic enim respondit Pompon. *in l. si ex legati causa, 23. de verb. oblig. faciunt, l. cum filius familias eo. tit. l. quod re, si cert. petat. Si ex legati causa, vel ex stipulatu hominem certum mihi debeas, non aliter post mortem eius teneberis mihi, quam si per te steterit, quominus vivo eo, eum mihi davis. Quod ita fit, si aut interpellatus non de disti. aut occidisti eum. Porro de mora iam lib. superiore copiose egimus, supra lib. de generali conuenio. cap. 14. lib. 2. nec repetere dicta expedit.*****
- 14 ¶ Conuenit ¶ & in actione proponenda obligationis verba expendere, num illæ diuiduæ vel indiuiduæ sint obligatione vel solutione, & quæ potis præstationem recipiunt, quæ non, vt explicat Paulus, *in l. 2. §. & harum, §. §. Cato, de verb. oblig. & Vlpian. in l. in executione, 85. cum suis §. §. a quibus quis cognoscat quando diuisum, vel coniunctum polsiat agere heredes vel correi. Tractauimus & nos alibi diuidui & indiuidui strictim distinctionem, diximus in rebus, titulo de communium rerum diuisione, lib. 5. c. 2.*

De Fideiussoribus. Cap. 3.

Institutio. Lib. 3. tit. 21. Lib. 8. C. tit. 41. Lib. 46. P. tit. 1. Lib. 3. Decretal. 22.

- 1 Fideiussio, accessorius contractus verbis fit.
- 2 Fideiubere quid.
- 3 Fideiussoris comes miseria. eod.
- 4 Fideiussor in maiorem summam, vel diuorem, quam sit obligatio principalis non tenetur.
- 5 Fideiubens pro eo qui non potest contrahere tenetur, tanquam ex proprio debito.
- 6 Fideiussoris nomen continet mandatores, sponsores, constituentes, expromissores, ad promissores, correos. Fideiussor proprie quis sit, eod. Mandatores qui dicantur, eod. Sponsores quis dicantur, eod. Vitis actio, est actio efficax, eod.
- 7 Constituens quis dicatur.

- 8 Expromissor quis.
- 9 Adpromissor quis.
- 10 Correi qui.
- 11 Fideiussores principales, & subsidiarii.
- 12 Obsides qui.
- 13 Prædes.
- 14 Vades qui, eod.
- 15 Vadiumnum quid.
- 16 Cautions de seymesines quid, eod.
- 17 Auctor quis.
- 18 Confirmator quis.
- 19 Fideiussor pro quibus fieri potest.
- 20 Fideiussor criminalibus negotiis in quantum accedat, eod.
- 21 Fideiussor & pro parte, & pro toto debito accipitur: & pro fideiussore, & pro omni obligatione: & pro præsentis & futuro. Megales dux Philippi, eod.
- 22 Fideiussor non accipitur a meretrice, quæ meretriciam vitam pollicetur, pro debito impossibili, pro factõ indiuiduo.
- 23 Pro dote reddenda.
- 24 Factum alienum in quantum quis efficaciter promittere potest, eodem.
- 25 Fideiubere qui possunt.
- 26 Fideiussor idoneus quis.
- 27 Fideiubere miles num possit.
- 28 Et ecclesiastica persona.
- 29 Qui non habet bona in loco ubi fideiubendum.
- 30 Mulieres. Velleianum Senatusconsultum in quibus mulieribus subuenit, in quibus non. & quod Tholoja non seruetur, eod.
- 31 Fideiussores dare promittens, ubi, & quos dare tenetur, eod.
- 32 Serui, filii familias.
- 33 Fideiussores non idonei ratione male fidei.
- 34 Fideiussores repelluntur ob malam fidem, & vitia.
- 35 Fideiussores pro quibus obligari nequeunt.
- 36 Fideiussor minoris num restituatur in integrum restituo minore.
- 37 Aqua & igni interdicto num accedat fideiussor.
- 38 Fideiubendi forma legitima.
- 39 Curaturum se fieri aut dari promittens, fideiussor non est, & ad quid tenetur, eod.
- 40 Fideiussio de sistendo vel exhibendo duplex.
- 41 Fideiubens sub conditione quando obligetur.
- 42 Fideiussio quibus verbis fiat.
- 43 Fideiubendi formula ex Platone.
- 44 Fideiussio naturam induit contractus cui accedit.
- 45 Fideiussores stipulationum iudicialium.
- 46 Fideiussoris accipiendi causa.

Stipulationum, ¶ vt diximus, quædam principales sunt, quædam aliis contractibus accedunt, & eos firmiores reddunt. Sed maxime illæ per quas aliae per se non obligantur, & fidem suam obstringunt, & re promittunt: satis enim datum creditori videtur per re promissionem. *l. satis dationis, 61. de verb. signif. Fuit autem per stipulationem fideiussiones, quibus fatidatur etiam, §. si quis autem, de fideiuss. l. Græce, eod. tit. P. l. blandius, C. eod. §. 1. eod. tit. apud Iustin.*

¶ Neque ¶ aliud est fideiubere, quam pro alio alterius obligatione fidem suam obstringere: & fideiussor est, qui alieno nomine obligatur, *l. 1. §. qui autem, & §. sed aut proprio, de act. §. 1. de fideiuss. pro se enim fideiubere nemo dicitur nec potest, l. heres a debitore, 12. §. seruo, & §. retro, de fideiuss. P. ita vt recte Thales vnus ex septem habitis sapientibus dixit, idque exaratum in templo Apollinis: Comitem aris alieni, & sponsores esse miseriam. Plato in Carm. vt & Salomon: Fili mi, si sponsores pro amico tuo, desisti apud extraneum animam tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus tuis: fac ergo quod dico, fili mi, & remeipsum libera: quia incedisti in manum proximi tui, discurrere festina, iustitiam amicum. & c. Prou. c. 6. Et alibi, Prou. c. 12. nõis esse cum illis qui desunt animas suas: & qui vades se offerunt pro debitis. ¶ Et ¶ proinde de fideiussio accessoria dicitur obligationibus aliis, & sine illis esse non poterit. *l. qui contra, 12. & l. fideiussor, 17. de fideiuss. P. §. fideiussores, eod. tit. apud Iustin. Et eiudem nature erit cum illis principalibus. Nec fideiussor in diuorem naturam quam fuerit obligatus debitor pro quo intercedit, obstrigitur: quanquam ob-**

Aringi in leuiorem possit, l. Grace, §. 9. illud commune de fideiuss. P. l. is qui accessions loco. 3. §. 1. fideiussor, 17. §. 1. §. fideiussor, eod. tit. ut in partem tantum pecuniae, l. fideiussor, 10. eod. tit. de fideiuss. Et principali contractu infirmato & ruente omnino, corruit & fideiussio: ut si sub impossibili conditione contractum sit, in l. si sub impossibili, 30. de fideiuss. P. Atque exceptio liberationis sine privilegio debitori concessa, vel acquirit, & ad fideiussorem pertinet, l. si de pac. P. nisi is animo donandi fideiussorit, quia tunc etiam non obstricto debitor teneretur, videlicet alia ratione, quam fideiussionis, l. quod dicitur de pac. P. Inouatione, C. de fideiussor. alioquin fideiussor, antequam reus debeat, conueniri nequit, l. fideiussor antequam, 48. de fideiuss. in P.

4 Quare fideiussor, qui pro minore & pupillo, qui obligare se nequit, interuenit, ex suo facto & propria obligatione videtur se obligare principaliter: non tanquam fideiussor, l. 1. de fideiuss. minor. l. 2. C. tit. 24. quod & in fideiussore ferui, prodigi & furiosi receptum est, l. Marcellus, 26. Et cum fideiussoribus, 36. de fideiuss. P. Et qui contra fenatufconsultum Macedonianum filiofamilias crediderit, mortuo eo, fideiussorem a patre accipere non potest: quia neque civilem, neque honorariam actionem aduersus eum habet, l. qui contra, 12. eod. tit. P. Nec fideiussor hoc nomine obligari potest ei, cui reus promittendi obligatus non est, l. fideiussor obligari, 17. eo.

5 Fideiussorum ¶ nomine aliquo modo dici possunt mandatores, sponsores, constituentes, expromissores, adpromissores, horum differentias adfert glossa in §. 1. in verb. fideiussorum de fideiuss. in auth. correi. Fideiussoris proprie, qui ante & post obligationem principale accipi potest, §. 2. de fideiuss. Mandatores illi, qui tantum ante rogati & ex mandato fideiubent, qui si soluant, a mandantibus repetunt actione mandati, §. si quid, de fideiuss. et si pro praesente soluant, vel pro mandante, l. qui fidem aliterius, mand. in P. vno tantum casu excepto, quo etiam post obligationem mandator accedit, qui ponitur, in l. si vero remunerandi, §. si post, & §. plane si post, mand. P. Est quoque mandator quasi affirmator & suator

6 ut contrahatur, in causa, 14. §. 1. de min. 25. an. ¶ Sponsores ¶ est qui sine rogatione pro alio intercedit, qui si accedat praesente debitor, habet quoque actionem mandati, cum is qui passus est eum fideiubere, mandasse videatur, l. si remunerandi, §. si aff. §. l. si pro re. Et qui patitur, mand. P. Contra si inuito reo debendi fideiubeat, d. l. qui fidem, §. 3. manda. ut si quis pro absentem fideiussorit, non mandati actione, sed negotiorum gestorum actione experitur, Paulus l. ex mandato, 2. §. si mand. P. si ita tamen quis pacta mercede pro alio fideiubeat, distinctio adhibenda, num actum sit, ut suo periculo fideiubere: & tunc non datur actio

7 mandati, nec alia: si actum non est, datur actio utilis, id est, eff. cax. d. si remunerandi, §. si mand. P. ¶ Constituens ¶ est, qui post obligationem tantum accedit, l. 1. ac const. pec. P. lib. 13. tit. 6. ad similitudinem fideiussoris, l. si. C. de const. pec. l. 4. C. tit. 18. si uti constituit, est denique pacifici, & sine solemnitate vel stipulatione, §. de constituta, de action. statuere & conuenire de pecunia soluenda, quae antea ex aliqua obligatione debebatur, l. haclenus, 11. in prin. §. 1. Et litemilla, 18. §. quod adiciatur, de const. pec. in P. de quo postea Deo fauente, agetur proprio capite. Verum non in omnibus simile constitutum est fideiussioni, quia ut paulo ante diximus, nemo pro seipso fideiubere potest, l. heres a de virore, §. seruo de fideiuss. P. constituit tamen, & pro se, & pro alio quis potest, §. ad hoc aliud, in cum de appell. cognos. in auth. si quando, de const. pec. C. ¶ Expromissor ¶ est, qui promittit pro eo, qui eff. cax. obli-

8 gatus non est: veluti si quis domino pro seruo, si eum manumiserit, promittat: non enim potest cum seruo vera ciuilis nasci obligatio, ita intelligi eleganter, §. seruo, de dolo, l. hoc iure, §. si quia seruo, de donat. Hanc quidam & constituentem esse dicunt, & ad rem non uti, ut Budæus. ¶ Adpromissor ¶ is est, qui idem cum alio promittit, cum satis acceptio fit, l. 5. §. satis acceptio, de verb. obli. quo loci Alciatus lib. 1. parerg. ca. 2. pro verb. expromissores, comendat legi debere adpromissores. ¶ Correi ¶ quoque fideiussores ad iniuicem videntur, l. reos, 11. de duob. reis. P. de quibus & Deo fauente paulo post Rursum fideiussorum, alii principales, alii sub-

9 11 fidarij. Principales, ¶ qui se obstringunt expresse: subsidiarij iis non existentibus soluendo, qui eos nominarunt, l. cum ostendimus, de fideiuss. in. in P. & nominatoribus non idoneis, in titulis magistratus, qui admiserunt, l. ad magis conuen. in P. eodem fideiussoribus, ¶ Inter ¶ fideiussores quoque & obstrictos sunt, potius quam inter pignora: pender enim ex voluntate & promissione, ut tandiu reitineatur quandiam fides ab alijs data impleatur, c. ex

rescripto, cap. 9. de in re iur. libr. 2. Decretal. ¶ Sunt ¶ & praedes & vades, de quorum differentia sic tradit M. Terentius Varro libr. 6. de lingua Latin. Sponsores ¶ praes ¶ vades, neque idem neque res, a quibus it, sed dissimiles. Itaque praes qui a magistratu interrogatus in publicum, ut praeser, a quo, & cum respondet dicit, praes: vni appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat. Consuetudo erat, cum reus esset parum idoneus, inceptis rebus, ut pro se alterum daret, a quo caueri postea lege ceptum est ab his, qui praedia venderent, vades ne darent: ad eo scribi ceptum in lege mancipiorum, vadem ne poscerent, nec dabitur. Et Festus praes est is, qui populo se obligat, interrogatus a magistratu si praesit, ille respondet, praes. Praedes hodie sunt, qui sponsores reipublicae vel principi facti sunt pro iis, qui pecuniam publicam dispensant, quos receptores vocant, eorumque bona praedia dici possunt, id est, ut supra, ut explicat Budæus in l. 2. de origin. iur. dum de vindictis agit. Et etiam qui publicanos aut eorum fideiussores locupletes esse affirmant. Suppraedes & dici possunt, quos contraplegios vocant. Ad causam pecuniariam praedes pertinere satis exploratum est, sicut & vades, ut plerumque ad criminales, & alios, in quibus oportet sisti aliquem iudicio, & quando fideiussores dantur, ratione personae sistendae. Concludit utrumque duobus versibus Antonius in adilis:

Qui subit in paenam capitali iudicio? vades.  
Quis cum his fuerit nummaria? quis dabitur? praes.

¶ Et ¶ Constantinus Caesar fideiussores pro responsione per- 14  
sonae adhibendos, vades nuncupat, in l. final. de castrens. §. mili. li. 12. Cod. tit. 26. Hinc vadimonium praebere, caueri per se sua fide, vel adhibito fideiussore se inter futurum iudicio die certa, aut quando cunque iudici visum fuerit, & vadimonio obstricti, qui in iudicium vocati ob crimina, ea lege dimissi sunt, vocamus off. fargis auec cautions. Quia Pius Imperator ad epistolam Antiochenisum rescriptit, non esse in vincula coniciendum eum, qui fideiussores dare paratus sit: nisi tam graue scelus admisisset, ut neque fideiussoribus committi debeat: verum hanc ipsam carceris poenam, ante supplicium sustinere debere, ita l. 3. de custod. §. exhib. reor. libr. 48. P. tit. 3. In criminibus pro qualitate eorundem & personarum, interdum carcere recipitur reus, alias militi traditur, vel fideiussoribus committitur: vel etiam sibi, l. 1. eod. de custod. reor. quae fideiussio sui ipsius dicitur cautio de foymefors, de qua & in l. cum clericis, §. 1. de episcop. & cleric. Cod. Linius vades pro liberatione a carcere dari docet etiam dum ait: Tribum omnia multa certatione rei capitalis, diem Posthumio dixerunt, ac ne vades daret prehendi a viatore, atque in carcerem duci iusserunt, Linius li. 5. secunda belli Punici. Idem Linius scribit Cesonem Quintium vades publicos dedisse. Sic enim in causa eius appellati tribuni, medio decreto ius auxilij sui expediuerunt, in vincula conici veterunt, sisti reum, pecuniamque nisi sistatur populo promitti placere promittant & C. Linius libr. 3. de ad. 1. ¶ Auctor secundus ¶ etiam inter fideiussores ponitur, videlicet is qui cum 15  
vendente, de euictione cauet, l. illud, 4. de euiction. libr. 21. P. tit. 2. qui & alibi confirmator dicitur, §. non solum, de fideiussoribus in authent.

¶ Res ¶ quae pro materia fideiussionis, obligationes natura- 16  
les, ciuiles, praetoriae & cuiuscunque classis sint, erunt, l. 1. §. 2. de fideiuss. l. quod enim, §. l. Grace, 9. §. praeterea, §. seq. §. sed et si, l. fideiussor obligari, 17. §. fideiussor accipi, de fideiuss. P. §. 1. eod. tit. apud Iustin. pro criminis tamen poena corporali exsoluenda dari non potest, l. si a reo, 7. §. illud quod vulgo, de fideiuss. Dari non potest fideiussor quia personalis est, & ad castigandos tantum nocentes inuenta & imposita, l. si poena, 20. §. l. erimen paternum, 26. de poen. P. l. sancimus, Cod. eod. tit. ne filius pro patre, Cod. cum simili. & poenas exsolui a fontibus ob maleficia magna ratio suadet, d. l. si a reo, §. illud quod vulgo, l. si vnus, §. pacta que turpem, de pac. P. l. illud, ad leg. Aquil. P. At pro actione quae ex del. cto oritur, tenet fideiussorem receptum est, & pro poena pecuniaria, l. Grace, 9. §. sed et si ex del. cto, de fideiussor. l. si quis pro eo, 57. eod. tit. l. 1. de cust. reor. P. Et si quis promittat sistere reum seu representare, non vè poenam pro eo non representato corporalem patiat, sed tantum pecuniariam, vel si dolo malo fecerit, quo minus exhibeat, extraordinariam, l. si quis reum, 4. de custod. reor. P. cano. cum homo, & ibi glossa in verbo, supplicium, 23. quaestio. 5. Angel. in tractat. maleficio. in verbo, fideiussor, in princip. quamquam ex Diuo Hieronymo videatur posse colligi, aliquando fuisse sumtum supplicium de fideiussore rei, eo non comparente, in canon. cum homo, 23. quaestio. 5. Fidem facit historia Pythagoreorum amiceorum Damo-



nis & Pythiæ, quorum alter pro reditu alterius qui morti erat addictus, vadem se tyranno Dionysio dare non dubitauit, vt gladio caput suum subiceret, is cui secure viuere licebat. *Valer. Max. lib. 4. c. 7. Laetantius lib. 5. diuin. institut. siue de instit. ca. 19. Cicer. 3. Offic. ¶ Potest ¶ & accipi fideiusfor & in partem rei. & in partem pecuniæ, quæ est in obligatione principali, l. fideiussores. 10. de fideiuss. P. l. quæro, loc. in P. Et pro fideiussore iterum fideiusfor accipi potest. l. Grece, 9. §. fin. de fide. P. & tam pro futura quam pro præcedente obligatione: dummodo sit aliqua vel naturalis futura obligatio, l. stipulatus sum. 7. §. l. 4. de fideiuss. P. & l. non quemadmodum, de iud. P. §. fideiusfor, de fideiuss. apud Justin. l. eo tempore, de pec. P. Et pro multa seu æstimatione litis criminalis, quemadmodum cum Megaleas dux Philippi regis Macedonum; ab eo multatus 200. talentis & in vincula coniectus, propter iniuriam illatam cum seditione Arato fidelissimo etiam regis duci, fideiussione debiti Leontii alterius ducis dimissus est, *18. Polyb. in 5. ¶ Fideiusfor ¶ rursus exigi non potest ab iis quæ se prostituunt, quod hoc genus vitæ delectura non sint, in cons. 51. Nonnullarum, nec pro debito sub impossibili conditione, l. si sub impossibili, l. 30. de fideiuss. pro f. Et in diuiduo promissio non potest accedere fideiusfor: veluti si reus principalis promiserit, per illum non fieri quo minus ire, agere vel liceat: quia nemo promittere potest factum alienum, nisi penam promitteret, pro qua obligaretur, l. si cui reus de fideiuss. l. si iudicatus in 1. resp. §. sed si quis promittat, de verb. obligat. P. vers. uice, de inutil. stipulat. vel nisi promittat fideiusfor, se effecturum vel curaturum, vt alius faciat §. si quis aliam de inutil. stipulat. l. eius qui de reb. cred. P. Quinimo si quis fideiussorem factum alienum susceperit, ad interest se obligari potest, per l. si quis ab alio, §. in de eund. ¶ Item ¶ cautum, ne fideiussores dotium reddendarum post solum matrimonium petantur vel dentur, l. 1. §. 2. ne fideiuss. do. dent. C. lib. 5. tit. 20.**

20. ¶ Personæ idoneæ, a quibus fideiussio perfici poterit, erunt omnes, quæ aliorum contractuum capaces sunt, exceptis quibusdam, quæ ratione priuilegii, si eidem non renuntauerint, non admittuntur, vel recipi non debent in fideiussore, & quilibet potest pro alio, quamuis absente, fideiubere, l. fideiubere, §. 6. de fideiuss. P. ¶ Item ¶ idoneus etiam existimandus est fideiusfor, qui quamuis talis non esset, attamen tanquam idoneus a creditore admissus est. l. 3. de fideiuss. in P. maxime si, cum talem, id est, non idoneum sciuit, comprobauit: quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum, Paul. in l. inter causas 26. §. abesse, man. P. l. qui debitorum, 19. de fideiuss. P. l. si ab arbitro, 10. qui satisda cog. P. l. 1. §. illud, de separ. P. & periculum ad eum debitoris non idonei pertinet, l. promittendo, 47. de iure dot. P. Dum autem idoneus fideiusfor exigitur, & facultatibus, & facilitate conueniendi esse idoneus debet, præcipue in iudicio sistendi caussa datus. l. 2. qui satis cogant. lib. 2. in 8. Locuples porro est, qui satis & idoneus habet pro magnitudine rei quam creditor petit, Caius in l. quos nos, 23. §. 1. de verb. significat. id est, qui pro rei qualitate satis habeat, exceptis fideiusforibus, qui in iudicio desistendo dari pro necessariis personis, quos qualescunque recipi iubet lex, vt pro parente, patrono, & aliis personis quibusdam, l. 1. §. 2. in ius voc. vt eat. vel satis, vel caut. de. hér. 2. in P. tit. 6. l. 1. si quis voc. non ter. lib. 2. P. tit. 5. Difficultas conueniendi vel ex priuilegio personæ fideiusforis pendet, vel ex mala fide, vel vitio eiusdem, Ex priuilegio personæ, veluti si sit alterius fori quam sit is pro quo fideiussit, l. omnem, & l. cum furioso, §. 1. de iudic. l. conuaxisse, de actio. P. nam citra priuilegium, nihil interesse puto cuius sit fori, eo quod conueniri possit in loco vbi contraxit. ¶ Faciunt quoque ¶ militia ne auocentur ab armorum meditatione milites, prohibetur militibus fideiubere, l. milites, C. de locat. quamuis priuilegio renuntiare possint, l. si quis in confir. bendo, C. de pall. & de epis. & cler. C. ¶ Atque prohibitum ¶ clericis & ecclesiasticis personis ne possint fideiubere, in cano. A, ostol. can. 20. ca. te quidem, 1. quæ. 1. c. 1. de fideiuss. in De. res. & a iud. de sanctis ep. p. Si tamen ex pietate aliis subuenire desiderent, & fideiubeant, tenentur obligati, can. non satis, 82. dist. c. 2. de fideiuss. & c. consuetus, ea. tit. vt & si fideiubeant pro ecclesiis suis, §. alium autem, de sanctis episc. in auth. Regularibus etiam fideiussiones sunt ademptæ c. quod quibusdam, de fideiuss. qui tamen & pro monasterii facti obfides esse possunt, & fideiussores, ea. ex rescripto, de in 24. reur. ¶ Qui ¶ non habet bona immobilia, vbi fideiubendum est, tanquam non idoneus difficultate conueniendi reici a creditore etiam potest, in §. sancimus, de exhibend. reis, in authent. re-

¶ Sic ¶ ex SC. Velleiani priuilegio mulieres a fideiussione nempe immunes sunt, l. 3. & l. si Titius, 49. de fideiuss. in P. & l. mulierem, & l. antiqua, & toto u. Cad. SC. Velleia. & P. & apud Justin. nisi priuilegio renuntient, l. si. §. f. eo. in P. l. si quando mul. offic. int. fung. pot. C. §. quia vero, vt maris debitori, in authent. aut post biennium fideiussionem confirmat, l. si mulier, in 2. Cad. SC. Velleia, vel in rem illarum alienum debitum conuertatur, Auth. si qua mulier, Cad. Velleian. Quemadmodum nec illis subuenitur, cum ex promissione suo nomine facta periclitantur, l. Styebum aut Pamphilum, 95. §. additio, de solu. lib. 4. 6. P. ti. 3. l. quamuis, 8. §. si mulier ad Velleia, cautius enim se gerunt, cum de suis rebus agunt, quam cum de obligatione alterius: & facilius se obligat mulier quam alicui donet, l. sed si ego, 4. ad Velleia. P. vt auarissimum est genus mulierum, l. si ab spons. §. quod si sponsa, de don. ante nupt. C. l. si stipulata, de donat. inter virum & uxorem, P. neque quilibet etiam alius præsumatur iactare suum, cum de indebito debeat, in P. Senatusconsultum itaque Velleianum mulieribus subuenit, in negotiis vbi cum ministro: eorum veraretur quoque periculum rei familiaris, l. 1. ad SC. Velleianum, P. lib. 16. tit. 1. & cum edictis sub Augusto & Claudio CC. interdictum esset antea, ne proris intercederent, Senatusconsultum postea factum est, auctoribus & consulibus M. Syllano & Velleio, quo & in aliis quam viris id ipsum statutum est: dummodo dolose mulieres non intercederent, infirmitati non calliditati auxilium præbendo, l. 2. ad in P. Quamobrem quoties pro debitore intercesserit mulier, datur in eum pristina actio, etsi ille prius acceptilatione liberatus sit quam mulier intercesserit, in l. 1. & l. quamuis, l. 8. §. quærit ad Velleia. P. Paul. l. sed si pro alieno, 9. cod. tit. Et proinde habetur ac si fideiusfor non esset datus, d. l. quamuis §. conuenient. Innotescit quoque visum, mulieres aliorum sumere defensiones, l. alienam, C. de procur. §. patitur, de iur. Placuit tamen Tholosanæ ciuitati, ne locus esset inter ciues, ex lege municipalis, senatusconsulto Velleiano §. 2. de debitor. & §. 1. de fideiuss. in consuetudinibus, Tholosanæ, Sunt & iure ciuili casus vltra prædictos, quibus mulier Velleiano non inuatur, quæ colligit Hostiensis in summa, tit. de fideiuss. §. & quis. ¶ Fideiussores ¶ idonei quoque non sunt ferius, id aut filiusfamilias, ex quibus causis actio de peculio non datur, d. l. 3. de fideiuss. P. licet, §. si filius, de pec. Verum ferius interdictio, si peculiarem rem non agat, non obligat dominum: contra, si agat, l. 3. §. si filiusfamilias, de pecul. lib. 15. P. tit. 1. l. ferius in ius dominio, 20. de fideiuss. P. Filiusfamilias qui pro patre fideiussit tenetur, l. filiusfamilias, §. 8. de fideiuss. si minor tamen viginti quinque annis pro extraneo fideiussit, restitutione in integrum vitare vitur, l. 1. de fideiuss. minor. l. 2. C. tit. 23. Item & si pro patre si non ci succederit, d. l. 1. cod. tit. de filiusfamilias. Maior recte obligatur, quia potest habere peculium castrensē vel quasi, item bona aduentitia, quibus conueniri possit, & si iuris esse. Aus potest teneri & conueniri in id, quod facere potest, l. si debitor, l. 1. §. si de fideiuss. l. si ex alio, §. quod cum cogit in alio pot. Et. C. lib. 4. tit. 16. Minor autem patrem restitutione quoque iuuabitur contra fideiussionem l. si Titius, & Scia 29. de fideiuss. in P. Legatione fungens non impeditur fideiubere, l. cum furioso, 29. §. si de iud. in 1. Neque duo rei pro inuicem, l. reos promittendi, 1. de duob. reis, lib. 4. P. tit. 2. Notant & interpretes eum qui voluntarie fideiussorem promittit, l. si fideiusfor, §. si necessarius & ibi Bartol. Bal. Castren. qui satisda cog. in P. Boer deor. 99. nu. 4. intelligi promississe dare in ead. uitate, vel loco vbi promissit, & de personis eius loci, &c. ¶ Ratione mala fidei, ¶ vel vitii, fideiussores quoque idonei non censentur, cauillatores, litigatores, vt notat Bartolus in l. 2. qui satisda cog. ¶ In ¶ fideiussione etiam personæ consideranda: non solum h. deiussorum, sed & eorum, pro quibus fideiusfor interuenit, vt idoneæ sint. ¶ Quædam ¶ namque sunt, quæ quia se efficacia ter non obligant, ita neque fideiussores suos obligant: veluti in quibus bonis interdictum est, seu prodigi & furiosi, qui se obligare non possunt, l. si cui bonis, 6. de verb. obl. in quibus autem obligantur, aliunde quam ex sua mente, puta, re ipsa, l. si furio 3. & l. furiosus, de act. emp. P. vel quod obligato successerint, vel auctoritate curatorum, consequens est fideiussores quoque obligati acceptos, neque eis, videlicet fideiussoribus eorum, ne pupillis recte obligatis, subueniendum esse respondit optime Vlpianus in leg. Marc. cellus, 16. de fideiuss. P. & Caius leg. si a reo, 71. §. si furioso, de fideiuss. Pro pupillo quoque promittente si naturaliter is non obligetur, sine auctoritate tutoris, vt si proximus infantiæ, l. quod pupillus, de condic. indeb. P. l. pupillus, de alio, neque fideiusfor eius obligabitur. Si autem naturaliter obligetur, re-

nebitur, d. l. *Marcellus* §. l. *si pupillus*. 127. de verb. oblig. Sicut & pro debito a tertio naturali obligatione potest accedere fideiussor, §. in omnibus. de fideiussoribus. l. cum fideiussoribus. 35. Et l. si a reo. 6. §. ad 10. eo. ut. P. §. Minoris 25. annis fideiussor iure obligatur, et si is restituatur in integrum aduersus contractum, si licet prudens, que pro eo fideiussor creditur, qui alioquin cum minore contrahere nolebat, l. in causis. 4. in princ. Et §. 1. de min. 25. an. l. de fideiussoribus. minor. l. 2. C. tit. 2. 4. nisi dolo malo inductus sit minor ad contrahendum; nam tunc uterque & minor & fideiussor restitutione iuuantur, l. 2. de fideiussoribus minor. C. eod. l. si Titus. 49. §. 1. de fideiussoribus. P. l. exceptio. §. rei autem, de exceptio. P. imo si pupillus nollet restituere, possit & impetrare sui causa restitutionem fideiussoribus, l. post mortem §. de honor. poss. contra tab. C. ut etiam restituatur, restituitur minore, si per restitutionem minoris creditori datur in alium regressus ne iniuriam patitur creditor, notat glo. in l. minor. §. 1. in verb. succurritur, per illam l. de procur. P. Qui contra SC. Macedonianum filiofamilias crediderit, mortuo eo, fideiussorem accipere non potest: quia ante nulla obligatio nata fuit, l. qui contra. 12. de fideiussoribus. in P. l. creditorum. 20. ad SC. Maced. Si quis tamen non credenti filiofamilias contra SC. fideiussor accellerit, vel si dum creditor dubitaret num contra SC. crederet, quidam asseruerit non esse contra SC. & dixerit meo periculo crede, efficaciter fideiussione tenetur, l. si vero non remanerandi, crede. §. efficaciter fideiussione tenetur.

12 §. si quis mandauerit, mand. P. lib. 7. §. Potest §. et dati fideiussor ab eo, cui aqua & igni interdictum est, si remaneat adhuc is in obligatione iam facta, pro qua dedit fideiussorem, l. si de duob. res. lib. 45. P. tit. 3. diuersum tamen si obligatio in eius persona extinguita est, & in sicum deuoluta, P. in l. si debitor. 48. de fideiussoribus.

13 In negotio quod geritur fideiussionis, forma debet adesse legitima, per quam qui fideiubet, daturum facturumve se, non alium promittat, l. si cuius. 66. de fideiussoribus. P. quia factum suum non etiam alienum quis uoluerit stipulatur, l. stipulatio ista, & l. inter stipulantes, de verb. oblig. Et proinde quae curaturum tantum, ut fiat vel detur, promittit, non est fideiussor: quia promittit diligentiam se daturum, & ea data liberatur, etsi non fiat ab alio §. si quis alium, de iur. stip. Estque obseruandum, quid, & quantum in formulam sponsonis uenerit, ne praeter eam teneantur fideiubentes, l. fideiussores magistratum. 69. in princ. Et §. 1. de fideiussoribus. P. l. fideiussor. 17. §. cum fideiussor. eo. P.

14 Forma fideiussionis qua quis promittit alium exhibere, vel huius iudicio, duplex est: cum scriptura, quae in perpetuum obligat, & sine scriptura, quae uiget ad duos menses eff. ax. est, l. si fideiussor. 27. C. de fideiussoribus.

15 Sub conditione comprehendit fideiussio potest, ea que contingere debet antequam obliget, l. fideiussor. 17. §. si stipulatio, de iur. stip. l. si a reo. 70. eod. Nec §. interest quibus uerbis fiat, sicuti in uerborum obligatione dictum est, dummodo qui contrahunt se intelligant an Graecis uel Latinis, §. Graecae, de fideiussoribus. §. 1. C. de fideiussoribus. P. fideiubet & qui interrogatus num fideiubeat, responderet quod uis faciam l. si a reo. 12. C. eod. Voluntas namque expressa per interrogationem, illa responsione fideiussionem constituit. Ex subscriptione tamen tabularum principalis obligationis, quam quis adhibet ut testis, non nascitur obligatio fideiussionis, l. si pater tuus. 6. de fideiussoribus. C. l. si non, C. de adm. n. l. m. u. C. si cert. pet. Si quem tamen fideiussisse scriptum est, omnia praesumuntur solemniter acta, l. in stipulationibus, de fideiussoribus.

16 Plato §. formam fideiubendi statuit hanc, l. 12. de legibus, fideiussor quilibet palam fideiubeat, totumque negotium conscriptum, coram tribus, nec paucioribus testibus fateatur, si citra mille dra. hmas fideiussio fiat: sin ultra mille, quinque ad minus testes adhibeantur, fideiussor autem sit, qui prius uendit, eius de quo an iure possit uendere dubitatur, atque eius qui uideretur minus ad promissa sufficere, similiterque tam qui praenendit, quam qui uendit, tamquam obnoxius iudicio subiiciuntur.

17 Cui §. autem naturae fideiussionis forma tribuatur iam ab initio in summa monuimus, neq; alterius esse posse, quam fuerit praecedens obligatio cui accedit, nec in duriorum posse causam fideiussorem eo nomine obligari.

18 Solet §. ex natura stipulationum iudicialium, iudicio sibi, iudicium solui & similibus fideiussores interuenire in l. generaliter, de praet. stipul. P. l. 3 §. 1. rem. at. hab. P. nisi forsan lex remitti permittat, propter qualitatem personarum, de quibus agitur, ut si illastres, l. quouis. C. de dignit. clericis, l. cum clericis, de episc. Et cler. C. proximi factorum s. minorum, l. 1. de proximis sac. scrip. l. 12. C. & his similes.

¶ Causa finalis & ratio fideiussionis est, ut fideiussores accipiant homines, dum curant diligentius sibi cauere, §. 1. de fideiussoribus. l. 1 §. uerbis, 2. de actio. & sicuti latis facere dicimur ei, cuius deiderium adimplemus: ita fatidare dicimur aduersario nostro, cui pro eo quod a nobis petitur ita cauemus, ut eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus. Cuius in l. 1. qui suis d. cog. lib. 2. P. ut. 8. At creditores ea ratione alios pro debitoribus suis sibi obligant, ut cum lapsi facultatibus erunt debitores, possint ab illis quos obligant, debitum consequi, §. si de repti.

De Actionibus ex fideiussione: & primum contra fideiussores. Cap. 4.

- 1 Fideiussionis actio data contra fideiussores, & fideiussori contra debitorem.
- 2 Quando detur contra fideiussores, & ordo executionis, eod.
- 3 Fideiussor quando conuenitur: est sine discussione principalis debitoris.
- 4 Fideiussores plures unius debiti, quo ordine, & quomodo conueniantur.
- 5 Adriani beneficium diuisionis inter fideiussores.
- 6 Correoium & confideiussorum similitudo, & causae diuersae.
- 7 Confideiussor quis dicatur.
- 8 Quando non detur.
- 9 Fideiussor se & heredes suos obligat.
- 10 Fideiussores pro quo & quantum teneantur.
- 11 Fideiussor quando teneatur pro uisuris.
- 12 Mora debitoris quando noceat fideiussori.
- 13 Fideiussor iudicatum solui in civili negotio in quantum teneatur.
- 14 Fideiussor in causa criminali de iudicato soluendo in quantum teneatur.
- 15 Iudicatum solui, fideiussio quid contineat, & ad quid obliget.
- 16 Fideiussio de iudicato soluendo mutatur foro, & iudice.

Actio §. ex fideiussione dari potest creditori contra fideiussores: fideiussori contra debitorem principalem, & contra confideiussores. Contra fideiussores iure ordinario agunt creditores, quando debitor praesens apparet esse non soluendo, discussis & perquisitis eius rebus, neque sufficientibus inuentis. Hoc enim primum expedit periclitari, auth. praesente, de fideiussoribus. C. l. de decr. lib. 10. C. §. si quis igitur, & §. non solum, de fideiussoribus. in auth. lib. 1. ubi bonis eius excussis, C. de reuoc. his qua in frau. credi. lib. 7. C. tit. 75. l. Moyses de iur. sic. sicque ordinem exsequendi his uerbis tradit Iustinianus. Sed neque ad res praesentium, quae ab aliis detinentur ueniat prius (scilicet creditor) antequam transeat uiam super personalibus contra mandatores & fideiussores: & sponsores, sicque ad res ueniens principalis debitoris, sine ab alio detineantur, & detinentes eas conueniens. Si neq; inde habuerit satisfactionem, tunc ueniat aduersus res fideiussorum, & mandatorum & sponsores, & c. in §. sed neque, de fideiussoribus. coll. i. tit. 4. facit l. 1. §. si intra, de magistrat. conuen. in P. Exstat & nouella 4. Iustiniani, qua expresse cauetur, ut creditores aggrediantur primum principales debitores: mox illis soluendo non existentibus, secundo loco mandatores etiam, aut constituta pecunia reos, aut fideiussores. Id ipsum & cautum §. 1. & 2. constitutio. nouell. 136. quae est de aggentiorum contractibus, cogere poterit iudex debitorem in hac discussione indicare bona mobilia & immobilia, quae habet, l. sancimus, §. licentia, de iure delib. C. l. 2. §. in exigendis, quando & qui, quar. pars. deb. lib. 10. C. quomodo discussio fiat, et adit Lucas de Penna in l. 1. de decr. lib. 10. C. Cum autem constat debitorem non esse soluendo, ad intercessores peruenitur actione personali, priusquam ad hypothecariam & ad tertios possessores experiri liceat, auth. hoc §. debitor, de pign. C. praesentibus uidelicet utriusque: nam absentibus debitoribus ad hypothecariam re & fit transitus, §. 1. §. 2. eadem, de fideiussoribus in auth. Ceterum §. sine discussione principalis debitoris conuenitur fideiussor, quando is debitor discutitur non potest, ut si seruus, l. Marcellus, de fideiussoribus. P. si notorie sit non soluendo, & apparitor uel nuntius, cui mandata est executio, & pignorum captio, refert se non inuenisse bona debitoris, cui creditur Bart. in l. stipulatio, §. habet, de no. ope. num. per l. sancimus, §. sin. ad Treb. C. & Boerius decis. 277. nu. x. iuste docet Iason, Alex. Pau. Castren. in l. decem, de uerbor. obl. si bona eius sint penes fideiussorem, & alias ob causas, quas excipit Andreas Barbata, ad cap. perueni, de fideiussoribus, de decilio vna capella Tholosane, in decision. capell. Tholosan. 196. Item si debitor noluerit domum aperire executori Boerius decisio. 277. numer. 1. & 2. itemque ab-





Parisiensis in comitiis Turonensibus anno domini 1533. refertur  
 Papius lib. 10. Rhaps. arestor. tit. 4. arest. 1. Prospexit autem conliti-  
 tutio Iustiniana fideiussoribus & mandatoribus debitorum, vt  
 eadem dilatio quæ post rem iudicatam conceditur debitoribus  
 principalibus damnatis, & portigeretur ad fideiussores & man-  
 datores. sublato iure antiquo, quo iudicia nullæ illis dabantur,  
 post indicatos reos, qui tamen his fruebantur, l. si. §. si de vser. rei  
 iud. lib. 7. C. tit. 54. Disputat Guido Papæ q. 26. sententiam latam  
 contra principalem debitorem, executionem paratam habere  
 contra eius fideiussorem datum in iudicio, de iudicio soluendo,  
 sine alia lite, seu processu. vt loquitur, nouo, per gl. in l. si. §. si. C. de  
 vser. rei iud. quam sequitur Iaco. de Ares. per l. si quis. §. nummos. de  
 fideiuss. P. diuersum autem in fideiussore contractus, per l. rege. §. si  
 2. de pign. & la sententia, in princ. de appell. ¶ Ceterum ¶ in causa  
 criminali, qui vadem pro alio se præbuit, quia placuit neminem  
 se posse pro alio obligare in omnem causam iudicati, cum  
 personales sint pœnæ, sup. in præcedent. c. in personis, (vt ante dixi-  
 mus) non potest in carcerem duci pro multa ex damnatione  
 criminis imposita, sed patitur executionem in bonis tantum: vt  
 iudicium in capitalium causarum summæ curiæ Parisiensis  
 Tholos. 26. Februarii, 1546. Papius, vbi supra in 10. Rhaps. arest. tit.  
 4. arest. 1. Quamobrem contra fideiussorem seu vades cautionis  
 iudicio sisti, via duplici proceditur. Nam, aut promiserunt sub  
 certa pœna accusatum sistere, & tunc ad pœnam promissam age-  
 tur, vt dictum est l. si quis reum, de exhib. reis, P. l. 1. si quis cauiso. P.  
 aut promiserunt simpliciter exhibere, & in hoc casu si non exhibe-  
 beant, vt non obtemperantes iudici, pecunia multari possunt,  
 l. si quis ius dicen non obtin. in P. in fisco vel ærarium deferen-  
 da, multarum, Cod. de mod. multar. Et si dolo malo factum per  
 eos fuerit, quo minus exhibent, extra ordinem iudex vel puni-  
 re, vel relegare ad tempus, alio modo acerbius plectere con-  
 tumaciam poterit & dolum, dicit l. si quis reum, de exhib. reis, P. l. si  
 quis Barsatorum, C. de fideiuss.

#### De Actione quæ datur ex fideiussione Fideiussori contra debitorem principalem.

##### Cap. 5.

- 1 Fideiussori ex quo obligatur reus principalis.
- 2 Et §. 6. 7. 8. Fideiussor ex periri potest contra debitorem et se habet.
- 3 Fideiussor num liberetur inope facto debitore, si antea denuncia-  
 uerit creditori vt ageret.
- 4 Fideiussor qui accedit mutuo faciendo, num teneatur si ante nu-  
 merationem denuntiet creditori, nolle se fideiussere, quod debi-  
 tor dissipet bona sua.
- 5 Fideiussor condemnatus quando non potest agere contra reum,  
 debendi.
- 6 Emittionis causam quando auctor damnato possessore non tene-  
 tur suscipere.  
 Fideiussor quando agit contra reum debendi, vel mandantem,  
 eod.
- 7 Remuneratio habet causam obligationis precedentem aliquam.
- 8 Fideiussor ultra debitum principale, & alia in rem debitoris im-  
 penia reperit.
- 9 Fideiussor soluendo pro reo melius, cum pessimo soluto, reus se potu-  
 isset liberare, illud quod plus est non reperit.
- 10 Fideiussionis actio hereditibus & in heredes datur.
- 11 Fideiussor ex quibus casibus non potest agere contra reum debito-  
 rem, soluendo pro eo.
- 12 Impleto mandato ¶ de fideiussione faciendâ, siue mandando,  
 siue fideiussendo, obligatur reus principalis, l. si. §. si. mand. P.
- 13 Agere ¶ potest fideiussor aduersus reum principalem ante-  
 quam soluerit, & post, ante, in quatuor casibus, c. si. de fideiuss. po-

tissimum. Primus si incipiat post diuisionem debitor bona dila-  
 pidare & dissipare & ad inopiam declinet, d. c. si. §. l. si pro ea. 10.  
 manda. lib. 4. C. tit. 35. Contra si ante fideiussionem cepert bona  
 perdere, & postea perseueret, & inopinata non superenerit  
 causa l. 3. §. si. §. l. 4. vt in possess. legat. lib. 36. P. tit. 4. l. pen. §. si. de vaca.  
 mune. P. Recte tamen in hac quæstione facturum arbitror iudi-  
 cem, si prospiciat fideiussori ex æquo, prohibendo debitori abu-  
 sum rerum suarum, iuxta alia iuris capita. vt in l. 2. de iis qui sunt  
 sui vel alteri iurigen. P.

¶ Et ¶ cui affinis quæstio, num si fideiussor denuntiauerit cre-  
 ditori vt agat vel compellat debitorem aut pignus distrahat, an-  
 tequam dissipet debitor bona, reddito debitore non soluendo,  
 fideiussor possit agentem creditorem submouere, veluti actio-  
 ne de dolo. Ad quam respondit Scæuola non posse, in l. si fideiussor  
 63. de fideiuss. P. Quia non videatur dolo facere qui iure suo v-  
 titur, l. nullus videtur, 15. de regul. iur. P. l. 4. §. si tamen de liber. ho-  
 mine exhib. l. iniur. §. 1. de iniur. P. Scæuola responsum intelligunt  
 quidam quando simpliciter fideiussor accessit obligationi, quia  
 tunc nulla fuit consideratio, num principalis esset vel non ido-  
 neus, & ideo imputari non posse creditori, quod non egerit: di-  
 uersum autem si fideiussores accepti tantum fuerint in id, quod  
 principali exigi non possent, l. si fideiussores, 42. de fideiuss. Et ibi  
 Paul. Castr. facit l. si cum venditor, de em. et. in P. Et proinde cum or-  
 do iuris conueniendi fideiussores hodie is sit, vt si aliter cautum  
 non sit, conueniantur prius debitores præsentis, & excutiantur  
 eorum facultates. §. 1. de fideiuss. in P. Et authent. præsentis, eod. tit. C.  
 cum smil. sup. cita. arbitratu Bartolus responsum Scæuolæ esse  
 antiquatum id ipsum, & locum habere, si in necem ipsius fidei-  
 ussoris creditor nolit experiri contra debitorem, qui dissipat pa-  
 trimonium, monitus a fideiussore, ne malitiis hominum indul-  
 geatur, Bart. in d. l. si fideiussor, 63. num. 1. quod & Accursius & Ca-  
 ltrentis probant. Accurs. Paul. Castr. & Bart. num. 2. in d. l. si fidei-  
 ussor creditori, 63. Sed vltra Bartol. tutius fideiussori suadet, Bart.  
 in d. l. 13. nu. 2. elidendam excusationem creditoris, quod non a-  
 gendo vt se iure suo dicit, vt offerat creditori debitum, & petat  
 sibi actiones cedi. Nam fideiussor qui creditori pecuniam obtulit  
 & consignauit, confestim agere aduersus mandantem potest,  
 vt respondit Hermogenianus l. fideiuss. qui minor. 65. de fideiuss. P.  
 Et cum hoc Iulianus quoque respondit fideiussoribus succurri  
 solere, vt stipulator compellatur, ei qui solidum soluere paratus  
 est, vendere ceterorum nomina, l. fideiuss. 18. de fideiuss. P. facit l.  
 Modestinus, de f. iur. P.

¶ Huic ¶ succedit alia controuersa, si spe numerationis futu-  
 ræ debitor se obligauit, dato fideiussore, & is fideiussor ante nu-  
 merationem denuntiet creditori ne numeret, eo quod soluendo  
 non sit debitor & dissipet bona, num fideiussorem conueni-  
 re possit, si postea numeret. In qua probabilior videtur sententia  
 Caltrentis & Panormitan. distinguendum, Paul. Castr. in d. l. si fidei-  
 ussor creditori, & Bart. num. 3. de fideiuss. Panor. in c. eum pro quo,  
 eo. tit. ap. Greg. vt si causa superuenit de nouo ante numerationem,  
 & post fideiussionem, creditor qui post denuntiationem  
 illius causæ numerat pecunias, suo periculo numeret, non fidei-  
 ussoris: nam monitus de causa illa superueniente de nouo, cur  
 fideiussor nolit stare postea promissioni, videtur numerando  
 dolo facere, l. cum Cornelius. Et l. cum quis, de solut. in P. Et si noua  
 non fuerit causa, recte etiam responderet eundem creditorem  
 debere abstinere a numeratione, si honeste a promissione pos-  
 sit resilire: quia promissio de mutuando ante numerationem,  
 non constituit obligationem, l. qui pecuniam, de rebus cred. P. nisi  
 ratione eius si quid inter se non dari l. qui Roma, de ver. obl. P. ¶ Alius  
 & ¶ secundus casus quo antequam soluerit fideiussor potest a-  
 gere contra debitorem vt se liberet est, si diu in solutionem ob-  
 ligationis cessauit, d. c. si. de fideiuss. l. Lucius. 8. manda. P. Illud diu-  
 biennium intelligi potest, vt docet Guido Papæ, q. 17. Verum re-  
 ctius quod pertinet ad præsentem tractationem, temporis huius  
 determinatio relinquenda est arbitrio iudicis, Guid. Pap. in d.  
 q. 117. ¶ Tertius ¶ si ea lege quis fideiussit pro aliquo, vt possit an-  
 te solutionem eundem debitorem conuenire, leg. si pro ea contra  
 quam. 10. manda. lib. 4. C. tit. 35. ¶ Quartus ¶ si fideiussor velit in  
 longinquas regiones proficisci, agere poterit contra debitorem  
 vt liberetur ab obligatione, Panor. in ca. si. de fideiuss. Chassaneu,  
 ad §. 2. in verb. lo creancier peult, versic. sed iterum quæro, tit. des ran-  
 tes vendues a rachapt, in consuet. Burg. que modo modum preter iuris  
 communis regulas, reus qui dedit procuratorem, post litem cõ-  
 testatam eum mutare potest, ex ea causa quod long. in peregrini-

nationem instituerit. *Ulpian in l. post litem, 17. in d. l. aut longa 23. de procurat. libr. 3. P. tit. 1. § Quintus* ¶ si condemnatus est fideiusfor agere potest, aut ut defendatur aut ut liberetur, *Scauola, in l. si fideiusfor pro venditore, 46. de fideiusfor. l. si pro ea, C. manda. Verumtamen condemnatio legitima esse debet sine fideiusforis culpa, ratione fideiussoris. Nam si fideiusfor vel mandator exceptione munitus, iniuria iudicis damnatus est, neq; is vltus fuerit prouocatione, non posse mandati agere contra debitorem manifestum est, *leg. si pro ea, § si manda. C. l. exceptione, 68. de fideiuss. P. § Sicuti* ¶ in euictionis causa decretum est, ut non teneatur venditor pro euicta re iniuncta iudicis, vel per errorem lata sententia, *Fl. ian. in l. si per im. rudentiam, 51. de emcti. libr. 21. P. tit. 2. si non denuntiatur* ei qui opponere potuisset exceptionem, *l. si procuratorem, 8. § si ignorantes manda. P. vel si oppositam legitime non probauit, l. idemque, § generaliter manda. P. Quae* intelligenda sunt de exceptione, quae competere poterat reo principali, alioquin omnia exceptio quae competere poterat ex persona sua fideiussori, non officit quin agere is possit. damnatus contra debitorem principalem, *d. § generaliter, & l. si fideiuss. 29. in prim. & § quaedam, manda. l. idipsumque* verum si omiserit proponere actionem parum honestam, quae proposita pudori ei foret, *d. § generaliter, & l. Quintus Mutius, 48. § si reus, manda. P. Item* si ei cui damnatus ex causa fideiussoria fuerat, heres p. itea existero, habebit mandati actionem, *Pompo. l. si ei cui, 11. manda. P. Qui* tamen cum adhuc damnatus non fuerit creditori succellit, non mandati, sed principalis experitur, *l. heres a debitore, § fin. de fideiuss. Postquam* fideiusfor soluit, habet etiam actionem contra mandantem, vel ream debendi principalem, ut solutum consequatur, *§ si quid autem, de fideiuss. apud Iustin. l. inter causas, 26. § praeterea, manda. P. si* deposuit post oblationem factam creditori, *l. fideiussor, qui minor 65. de fideiussor. P. leg. qui mutuum, 56. manda. P. vel aliud* egit quo debitorem a creditore liberauerit: ut si debitorem suum, etiam qui soluendo non est, volenti creditori delegauerit, *Paul. l. inter causas, 26. § abesse, manda. P. Iulian. l. qui debitorem, 29. de fideiussor. in P. Si* fideiusfor creditorem, qui debitor sibi erat, liberauit, *d. l. inter causas § si is qui fideiussor, si* creditor accepto tulerit fideiussori deb. tum, vel ei donauit, vel legauit remunerationis causa, *d. l. idemque, 10. § si manda. P. non* autem si simpliciter donauit fideiussori actionem, *l. si vero non remunerandi, 12. manda. P. quia* remuneratio habet vim solutionis potius, quam simplicis donationis & qui ad remunerationem tenetur, vincens est naturali obligatione, *leg. Attius Regulus, de donation. 10. in l. 1. § sed et si lege, § conuictus de petitione hereditatis, 1. § Et* ¶ ita remuneratio solutionis causam habet: & solutione facta agere potest in mandantem, etiam si sine iudice soluerit, *l. idemque, § si fideiussores, manda. P. ¶ Ultra* ¶ principalem causam pro qua accessit fideiussio, si fideiusfor multiplicauerit summam, in quam fideiussit, sumtibus ex iusta ratione factis, totam eam praestabit is pro quo fideiussit *l. si mandato meo, 45. § si fideiuss. manda. P. l. si fideiussor manda. P. l. si is qui, 50. § fin. eod. tit. Veluti* & sumtus in litem factos, *l. qui proprio § l. ius. de procurat. in P. in* collectionem fructuum, *d. l. idemque, c. idem Labeo, manda. P. & similes. § Si* tamen ¶ fideiusfor meliorem rem, quam obligatio posceret, soluerit, a reo non amplius repetet quam pessimum quod dando a creditore se liberare poterat, *l. si fideiusfor sine ad. e. l. i. bonitatis, 52. manda. P. Nec* similiter repetet vlturas, quas soluit pro reo, reo contentente debitas non esse nec adhuc eo damnato, *leg. Quintus Mutius, 48. manda. P. At* repetet recte aestimationem rei a se soluae nomine fideiussorio habita ratione temporis solutionis, etsi postea res deterior facta fuerit, vel interierit, *l. hominem, manda. P. Et* quamuis fideiusfor non teneatur pro vlturis rei principalis, si pro illis nominatim non fideiussit, utpote contra d. u. existente stricti iuris ut ante monuimus, tamen aduersus mandantem & debitorem principalem, si pro eo soluit, veluti ex contractu bona fidei, si cessauerit in solutione agere vlturarum quoque nomine, *in l. 1. § in l. post solutionem, 18. manda. C. d. l. si vero non remunerandi, § si tibi, eod. tit. manda. P. & pignorum* in obligationem deductorum, *l. 2. C. manda.**

¶ Dabitur ¶ autem & haec actio non tantum fideiussori qui soluerit, sed & heredi eius, *l. heredem, 14. manda. P. & aduersus* mandantem & eius heredes, *l. post solutionem, 18. man. C. Si* quis mandauit, ut pro alio fideiubere, datur actio mandati contra mandantem tantum, nisi & vterque mandauit, aut & reus, alio mandante, fideiuberi patiarur vel mandari pro se, *l. cum manda. 21. l. qui si de alterius, 53. manda. P. vel* pro absente nec mandan-

te fideiubens, negotiorum gestorum experietur actione, *l. ex mandato, § si manda. in P. l. quamquam, 7. ad senatus. Velleia.*

¶ Excipiuntur ¶ casus, quibus fideiusfor non experitur contra reum principalem, mandati vel actione alia. Si pro iniuncto fideiussit, *l. si remunerandi, 6. § si passus, manda. l. si. C. de nego. gest. aut* animo donandi, *d. § si passus, l. quod dictum, de pactis, in P. aut negotium* suum gerens ut procurator in rem suam, *d. § si passus, & l. de die, § 1. qui sit id. cog. in P. si* pecunia accepta spondit suo periculo fideiusfor, *d. l. si remunerandi, 6. § si manda. P. si* pro abiente fideiussit, negotiorum gestorum, non mandati datur actio, *l. ex manda. 20. § si manda. P. Qui* mandante muliere fideiussit, ob Velleianum, in eam actionem non habet, *Papin. in l. quamquam igitur, 7. & l. mulier, 32. § 1. ad senatus. Vell. P. Qui* spondet aut soluit plus quam mandatum ei sit non habet actionem mandati in eo, quod plus est quam mandatum est, *§ is qui exsequitur, de manda. ap. Iustina. lib. 3. Inst. tit. 27. quod* fines mandati excedere non liceat, *l. ad. gener. manda. in P. Si* fideiusfor vel alius quis pro reo ante diem creditori soluerit, expectare d. em debet quo eum soluere oportuit, *l. si fideiusfor 32. de fideiussor. P. l. si mandante, 10, 22. manda. P. Nec* agit fideiusfor minoris contra eundem, si minor restitutionem in integrum aduersus quoque fideiussorem petierit: diuersum tamen si non petierit contra eum restitutionem in integrum, *in l. 1. & 2. de fideiuss. minor lib. 2. C. tit. 24. Nec* agit etiam qui pro pupillo, sine tutoris auctoritate obligato, vel prodigo vel furioso fideiussit, *l. Marcellus, 22. de fideiuss. Vlpianus* alios addit his verbis casus, *Ulpian in l. si vero non remunerandi, 12. § si adolefscens, manda. P. Si* adolefscens luxuriosus mandet tibi ut pro meretricis fideiubeas, idque tu sciens mandatum susceperis, non habebis mandati actionem: quia simile est, quasi per d. i. i. i. pecuniam sciens credideris. Sed & si meretricis directo mandauerit tibi, ut meretrici pecuniam credas, non obligabitur mandati: quia aduersum bonam fidem mandatum sit. Nec Iulianus bonae fidei emtorum eum esse dicebat, qui emit a luxurioso, quem sciebat, pretium statim scorto pecuniam daturum: & ideo non vltucapere posse, *l. si quis cum sciret, 8. pro emtores, lib. 4. P. tit. 5.*

De Actione, quae datur fideiussori soluenti contra alios fideiussores. Cap. 6.

1 Fideiussori vni ex pluribus soluenti creditor tenetur cedere non minima.

Fideiussoribus, inquit Iulianus, ¶ succurri solet, ut stipulator, id est, creditor, compellatur ei qui solidum soluere paratus est, vendere ceterorum nomina, *l. fideiussoribus, 18. de fideiuss. P. nam* nisi ei cessat sint a creditore actiones, iure ciuili nec a debitore, nec a confideiussore petere poterit, *l. ut fideiussor, 40. & l. si fideiussores, 42. eod. tit. de fidei. P. § si plures, vlti § si ab vno, eod. tit. ap. Iulian. l. cum alter, 11. eod. tit. C.*

De Constituto. Cap. 7.

§ de constituta, de actio. Lib. 13. P. tit. 5. Lib. 4. C. tit. 18.

1 Constitutum dupliciter fit: & quod est quando alieno nomine se constituit possidere.

2 Constitutum aliter quid, & an hiis honestis.

3 Constitutum, & de constituta pecunia actio ex nudo pacto. Nuda pactio in constituta pecunia efficax ad actionem, eod.

4 Constitutum & fideiussionis differentia.

5 Constitutum pro debito & debito.

6 Actio receptiua qua, eod.

7 Constitutum de quibus, quomodo sit, eod.

8 Constitutum facere que possunt fieri posse.

9 Constituentis qua formula.

10 Satis sit a me vel ab alio, clausula quomodo obligat, eod.

11 Constitutum cuius nomine fieri possit.

12 Constituens sine die & quantitate, quando & in quantum, eod.

13 Constituentis finis.

14 Constitutus non actionis differentia, eod.

15 Constituens pro alio consensus tanquam fideiusfor post reum principalem debendi.

16 Constituens quo ordine conueniatur pro constituto.

17 Constituti actiones quibus dantur, & in quos diriguntur.

18 Constituti actio qua, & quid contineat.

19 Constituto quare oriatur actio, rationes.



**M**ne & quicquid prius distinguendum est quam definiendum. Quamobrem constitutum duplici significacione v. d. surpari ad monendi sumus. Primum constitutum est factus modus transferende possessionis: cum scilicet vendens, donans, aut aliter concedens, rem quam vendit, donat, aut aliter concedit, seseque constituit possidere, vel simpliciter, vel p. e. cario eius nomine, cui ea conceditur. Siquidem pro eam constitutionem transferitur possessio sine alia additione cuiatur. *l. quaedam mulier, §. ubi gl. Barr. & alii de rei vind. in P. §. 1. quamvis, §. ubi Ang. leg. quod meo. §. ubi Barr. de acqui. poss. §. inter modos factos transferendae possessionis ponitur. §. constitutum a glo. in l. 3. §. ubi interpretor, de acqui. poss. §. in c. 2. de consuet. ap. Greg. §. exstat de iure constituti possessoris pecularis tractatus Andreae Traq. eruditus & copiosus. De hoc constituto non est in iustitia tractatio. Alio modo constitutum de quo hic loquuti sumus, est, cum quis constituit se id quod debetur, datur, facturumve pro se vel pro aliis, quod Graeci *επιτιμω* dicunt, ut apud Demosth. in Orat. *επιτιμω* Oropiv. Iustinianus vocat in Nouellis *επιτιμω*, nouell. 1. 6. §. *επιτιμω* quere *τιμω*, sancimus igitur, §. 1. nouell. 4. §. nouell. 11. §. *επιτιμω* arque constitutum *επιτιμω*. **¶** Affinis tractatio fideiussione, est haec de constituta pecunia: pro qua, cum omnibus agitur, quicunque pro se vel pro alio soluturos se constituit, *aut si quando, de consti. pecun. C. §. de constituta de act. ap. Iustin. verbis simplicibus, constituo me soluturum, quod ego vel ille debet, pro data obligatione & actione singulari & praetorio iure. l. 1. §. leg. qui autem 1. §. de consti. pecun. P. d. §. de consti. pecun. ex nudo, vt dicunt, pacto, quod iure ciuili communi ad hoc inefficax est, l. *irrisigendum* §. *quoniam*, sed cum nulla, de pact. l. *legem quam dixisti*, §. *l. traditio*, *de consti. pecun. C. §. Quia* tamē differt in multis a fideiussione separatim tractari oportet, quae eius sunt. Siquidem qui constituit se soluturum, pro se & pro alio potest constituere, *d. §. de consti. pec. C. §. ubi gl. Fideiussor* non nisi pro alio intercedit, §. 1. de fideiuss. & constituit aliud pro alio potest, *l. 1. §. an possit, de consti. pecun. P. non ita in fideiussione, l. si ita, de fideiuss. P. Constitutum consensu, quibuscumque verbis fit, l. 1. de consti. pec. fideiussio non nisi per stipulationem vt ante diximus. Et fit constitutum nulla stipulatione interposita & ideo actio praetoria est, *d. l. 1. de consti. pec. Alioquin* si stipulanti constitutus promiserit, iuris ciuili tenetur, *d. §. de consti. pecun. de actio. ¶ Duplex* t̄ causa olim constitutum bifariam variabat, debitum videlicet & indebitum. Pro debito constituto, dabatur tantum de constituta actio: pro indebiti constitutione, receptitia. *l. 2. C. de consti. pec. §. in personam quoque, de actio. hodie* sublati receptitia & materia, quae olim tantum erat debitorum constitutum in numero, ponderē & mensura, prorogata est ad omnes res debitas, ex quacunque causa & dummodo debita aliqua obligatione vel ciuili vel naturali sit, *l. 1. §. debitorum, de consti. pec. P. pro quibus* tantum constitutum potest & pro omni debito aut pure aut in diem, *l. 3. §. si eo. P. §. in d. l. 2. de consti. pec. C. aut* sub conditione, aut alio modo, *l. id quod sub conditione 19. de consti. pec. P. d. l. 2. C. eod. & pro omni* re quae pecuniae nomine continetur, *d. l. 2. §. et nunciam moueat, de consti. pec. C. l. pecunia verbum, de verb. sign. Pro non debito* ex aliqua praecedenti obligatione constitutum non potest fieri, *l. 3. §. si quis, §. l. haec tenus 11. de consti. pecun. P. l. 2. C. eod. Sic enim* praetor ait: Qui pecuniam debitam constituerit, *l. eo. P. Sufficit* autem debitam fuisse pecuniam tunc cum constituebatur, quamuis postea & nunc debita non sit, vt teneat constitutum. Quia retrorsum se haec actio refert, *litem illa 18. §. quod adiciunt, eod. tit. P. Sic* quia mora perpetuat obligationem, *l. si seruum. §. nunc videamus. §. §. sequitur, de re oblig. post* mora quod perit, seu estimatio eius in constitutum deduci potest, *l. promissor Stryeb. 21. & l. promissor hominis, 23. de consti. pecun. Fit* etiam recte constitutum, si quis pignus se daturum, *l. qui autem, 14. §. si quis constituerit, aliquid* pro se fideiussurum, *d. l. quis autem, versio. sed est qui. & aliud* dicat pro alio quod debetur solendum, *l. 1. §. an possit, eo. P. non* tamen plus quam debeat. & si in amplius fiat constitutum, non tenetur constitutus vltra summam debitam, *l. haec tenus 11. §. si quis centum, §. l. sed est, 12. eod. P. in* minore tamen summam quam debeat, potest fieri constitutum, *l. sed est qui, 13. eod. tit. In* maiorem quoque quam is pro quo constitutio fit, solue & possit, sed quae debita est, & exigi non potest tunc, quis se constituto obligare potest: vt pater pro filio, qui tantum in peculio quinq; habet, in decem se obligare potest, *l. 2. de consti. pecun. in P. Et* maritus pro dote in plus quam facere cogi non poterat, *l. 3. eod. P. Fit* & constitutum, pro iniuriarum, su. ti. vi bonorum raptorum actione, *l. Paul. l. qui iniuriarum 29. eod. P. ¶ Personae* t̄ idoneae huic constituto, sunt omnes quae se obligare possunt: nam & mulieres obligantur, *l. 1. §. de consti. pec. P. & pupilli* proximi pubertati sine tutoris auctoritate, *d. l. 1. §. de pupillo. & filius* familias, & pater pro eo, in quantum est in peculio, *d. §. 1. de pupillo, versio. sed si filius familias* Et constituitur alii quam c. editori, & ab alio quam a debitore. Nam vt ait Vlpian. quod ego debeo, tu de eo constituendo teneris: & quod tibi debetur, si mihi constituatur, debetur, *l. eum qui 5. §. quod exigimus, eod. Constituitur* itaque recte, & actori reipublic. tutori pupillis, curatori furiosi, vel adolescentis, & procuratori ira, recte municipibus soluitur: pupillo, furioso, adolescenti, seruo quoque, ratione cuius constituti, datur illis & domino serui actio de constituta vtilis, *d. l. eum qui, §. fin. Idipsum* si constituatur ei, qui bona fide nobis seruit, *l. idem est, 6. leg. §. licet. 15. eod. & filio* familias, *l. sed est, 7. eod. in* Non valet autem, si quis constituerit alium pro se soluturum, non se pro alio, *dicit leg. eum qui §. iuriam quoque. ¶ Quod* t̄ pertinet ad formulam constituendi, olim quidem certis erat definita cancellis & terminis, hodie minime, *d. l. 2. C. de consti. pec. Sed* ea ex placito & lege conueniendi libera est: & inter absentes, per nuntium vel epistolam constituere possumus, & inter praesentes. Et per nosmetipsos & per alios, *l. qui autem, 14. §. fin. leg. §. licet, 15. eod. in P. & quibuscumque* verbis, quae tamen voluntatem constituentis expriment: vt si dicatur satis tibi faciam, & si dicat satis fiet, aut a me aut ab illo: nam & alio nolente satisfacere, is solus tenetur. Et si dixerit & a me & ab illo, illo quem nominauit recusante, pro parte tenebitur. Si autem dixerit imperfonali verbo, satisfiet, non tenetur, *amben. si quando, de consti. pecun. C. §. ad hoc, §. aliud, §. seq. in nouell. consti. 215. Ten*ebitur & de constituto, qui hac forma epistolam misit: remanserunt apud me quin quaginta ex credito tuo: ex contractu pupillorum meorum &c. *l. Titius Scio 24. de consti. pecun. P. vel* ita, decem que Lucius Titius ex area tua mutuo accepit, salua ratione vsuratum apud me habes, *l. quidam ad creditorem 26. eod. P. Legitime* etiam fit constituto, & praesente, & absente, imo & iniuto debitori, *l. vtrum, 27. eod. ¶ Cuius* autem t̄ nomine quis constituere possit, satis ex superioribus manifestum, & pro se & pro alio, *dicit §. de constituta, §. aut, si quando* absente & praesente, & iniuto, *l. 27. eod. tit. pro* omni debito antea ex aliqua obligatione: & pro debito hereditario, & eius qui capus est ab hostibus, *l. haec tenus, 11. eod. l. si ita stipulatus 97. §. possum, de verbor. obliga. Dum* modo error absit, vt si constituens quod alius debet, tanquam ipse debet, constituat se soluturum, quod non valet, *l. si de consti. pec. ¶ Qui* t̄ constituit, potest simpliciter id facere, non adiecta quantitate: nam & pro ea quae debito continetur: de quo agebatur constituisse intelligitur, *l. qui autem, 14. de consti. pec. P. at* si sine die constituit, statim quidem debet, sed statim peti non potest, & modicum tempus litandum est non minus decem dierum, vt exactio celebretur, *l. promissor, 21. §. si sine die, eod. tit. Non* enim veni & debet creditor cum sacco statim paratus accipere debitum, *l. quod dicimus, de so. n. P. ¶ Finalis* t̄ causa constituti esse videtur, vt alius liberetur debitor, per eum qui constituendo recepit alienum debitum solvendum: vel si pro se constituat vt actori fecerit & firmior creditori reddatur. Notandum tamen ex Caio, quod vbi quis constituit pro alio se soluturum, adhuc eum pro quo constituit obligatum manet, *e. l. vbi quis, 28. de consti. pecun. P. Et* qui constituit, se quidem obligat, sed obligatum non liberat, *Vlpian. l. si filiusfam. 15. de in rem vers. lib. 15. P. tit. 3. l. Papinianus, 28. manda. P. nisi* nouandi animo fiat constitutum. & tunc de genere at constitutum in rotatione. ¶ Proinde t̄ in constituti exactioe prius conueniri & excuti debet reus debendi principalis, vt in fideiussione, si praesens sit: & eo absente fideiussor, mar dator. constitutus, qui & dilationem monendi absentem reum consequitur a iudice, coram quo res agitur, nisi ipse obligando & constituendo huic ordini enuntiauerit, §. 1. de fideiuss. §. sancimus, *constit. 136. nouellarum* Et si plures rei constituti sint, datur quoque illis epistolae Adriani: Casaris beneficii, vt fideiussoribus, *l. si C. de consti. pec. Et* si alter illorum soluit ei datur & contra alios, & contra reum principale debendi actio cessat a creditore, §. si vero intercessor, *versio. si vero tempus, de fideiuss. nouell. consti. 4. dicit. l. Papinianus, 28. mand. P. alioquin* si duo rei constituendi sint, vel cum altero in solidum agi potest, *l. si duo 16. de consti. pec. P.****

rum, su. ti. vi bonorum raptorum actione, *l. Paul. l. qui iniuriarum 29. eod. P. ¶ Personae* t̄ idoneae huic constituto, sunt omnes quae se obligare possunt: nam & mulieres obligantur, *l. 1. §. de consti. pec. P. & pupilli* proximi pubertati sine tutoris auctoritate, *d. l. 1. §. de pupillo. & filius* familias, & pater pro eo, in quantum est in peculio, *d. §. 1. de pupillo, versio. sed si filius familias* Et constituitur alii quam c. editori, & ab alio quam a debitore. Nam vt ait Vlpian. quod ego debeo, tu de eo constituendo teneris: & quod tibi debetur, si mihi constituatur, debetur, *l. eum qui 5. §. quod exigimus, eod. Constituitur* itaque recte, & actori reipublic. tutori pupillis, curatori furiosi, vel adolescentis, & procuratori ira, recte municipibus soluitur: pupillo, furioso, adolescenti, seruo quoque, ratione cuius constituti, datur illis & domino serui actio de constituta vtilis, *d. l. eum qui, §. fin. Idipsum* si constituatur ei, qui bona fide nobis seruit, *l. idem est, 6. leg. §. licet. 15. eod. & filio* familias, *l. sed est, 7. eod. in* Non valet autem, si quis constituerit alium pro se soluturum, non se pro alio, *dicit leg. eum qui §. iuriam quoque. ¶ Quod* t̄ pertinet ad formulam constituendi, olim quidem certis erat definita cancellis & terminis, hodie minime, *d. l. 2. C. de consti. pec. Sed* ea ex placito & lege conueniendi libera est: & inter absentes, per nuntium vel epistolam constituere possumus, & inter praesentes. Et per nosmetipsos & per alios, *l. qui autem, 14. §. fin. leg. §. licet, 15. eod. in P. & quibuscumque* verbis, quae tamen voluntatem constituentis expriment: vt si dicatur satis tibi faciam, & si dicat satis fiet, aut a me aut ab illo: nam & alio nolente satisfacere, is solus tenetur. Et si dixerit & a me & ab illo, illo quem nominauit recusante, pro parte tenebitur. Si autem dixerit imperfonali verbo, satisfiet, non tenetur, *amben. si quando, de consti. pecun. C. §. ad hoc, §. aliud, §. seq. in nouell. consti. 215. Ten*ebitur & de constituto, qui hac forma epistolam misit: remanserunt apud me quin quaginta ex credito tuo: ex contractu pupillorum meorum &c. *l. Titius Scio 24. de consti. pecun. P. vel* ita, decem que Lucius Titius ex area tua mutuo accepit, salua ratione vsuratum apud me habes, *l. quidam ad creditorem 26. eod. P. Legitime* etiam fit constituto, & praesente, & absente, imo & iniuto debitori, *l. vtrum, 27. eod. ¶ Cuius* autem t̄ nomine quis constituere possit, satis ex superioribus manifestum, & pro se & pro alio, *dicit §. de constituta, §. aut, si quando* absente & praesente, & iniuto, *l. 27. eod. tit. pro* omni debito antea ex aliqua obligatione: & pro debito hereditario, & eius qui capus est ab hostibus, *l. haec tenus, 11. eod. l. si ita stipulatus 97. §. possum, de verbor. obliga. Dum* modo error absit, vt si constituens quod alius debet, tanquam ipse debet, constituat se soluturum, quod non valet, *l. si de consti. pec. ¶ Qui* t̄ constituit, potest simpliciter id facere, non adiecta quantitate: nam & pro ea quae debito continetur: de quo agebatur constituisse intelligitur, *l. qui autem, 14. de consti. pec. P. at* si sine die constituit, statim quidem debet, sed statim peti non potest, & modicum tempus litandum est non minus decem dierum, vt exactio celebretur, *l. promissor, 21. §. si sine die, eod. tit. Non* enim veni & debet creditor cum sacco statim paratus accipere debitum, *l. quod dicimus, de so. n. P. ¶ Finalis* t̄ causa constituti esse videtur, vt alius liberetur debitor, per eum qui constituendo recepit alienum debitum solvendum: vel si pro se constituat vt actori fecerit & firmior creditori reddatur. Notandum tamen ex Caio, quod vbi quis constituit pro alio se soluturum, adhuc eum pro quo constituit obligatum manet, *e. l. vbi quis, 28. de consti. pecun. P. Et* qui constituit, se quidem obligat, sed obligatum non liberat, *Vlpian. l. si filiusfam. 15. de in rem vers. lib. 15. P. tit. 3. l. Papinianus, 28. manda. P. nisi* nouandi animo fiat constitutum. & tunc de genere at constitutum in rotatione. ¶ Proinde t̄ in constituti exactioe prius conueniri & excuti debet reus debendi principalis, vt in fideiussione, si praesens sit: & eo absente fideiussor, mar dator. constitutus, qui & dilationem monendi absentem reum consequitur a iudice, coram quo res agitur, nisi ipse obligando & constituendo huic ordini enuntiauerit, §. 1. de fideiuss. §. sancimus, *constit. 136. nouellarum* Et si plures rei constituti sint, datur quoque illis epistolae Adriani: Casaris beneficii, vt fideiussoribus, *l. si C. de consti. pec. Et* si alter illorum soluit ei datur & contra alios, & contra reum principale debendi actio cessat a creditore, §. si vero intercessor, *versio. si vero tempus, de fideiuss. nouell. consti. 4. dicit. l. Papinianus, 28. mand. P. alioquin* si duo rei constituendi sint, vel cum altero in solidum agi potest, *l. si duo 16. de consti. pec. P.*



12 ¶ Conueniuntur tamen constituentes isti, siue ex promissores & excutiuntur, antequam ad tertios possessores rerum distraharum per debitores principales deueniant, §. sed neque ad res, de fideiussor. in authen. Creditore ei go petente nullam pari exceptionem placet, quia petitione non tollitur actio prima, quae remansit constitutione facta: solutione tamen, vtraque, & principalis videlicet, & de constituta tollitur, quod pertinet ad creditorem, l. item illa 18. de constit. pec. P. ¶ Agitur hac actione is cui constitutum est in constituentem directa, l. 1. C. de constit. pec. §. de constituta, de actio. & heredibus & in heredes per spatium 30. annorum, d. l. 1. & 2. C. de constit. Si vero mihi aut Titio constitueris te soluturum, mihi non Titio datur actio, nec si Titio solueris, quia is tantum adiectus est, liberaberis, Paul. l. si vero mihi, §. de constit. pec. P. Si munitur actori, tutori pupillorum, curatorum minorum, vel furiosorum, seruo constitutum est, quia isti nomine alieno recte contrahunt, datur actio municipibus, pupillo, minori, furioso, non directa, sed utilis: seruo autem & solui & domino potest, l. cum qui Ephesum §. §. fin. de constit. pec. P. ¶ Habet tamen haec actio rei perfectionem, non autem poenae, leg. item illa 18. §. penult. de constit. pec. & praetoria est & in personam, §. in personam, de actio. Venit tamen in eam, vt quod constitutum est fiat, aut in id quod interest promissor condemnatur, l. qui au-  
15 tem, §. 1. de constit. pec. P. ¶ Satis tamen per se apparere ratio videtur, quare ex constituto obligationem nasci placuerit, ex eo quod primum accedat natura vel substantiae fideiussionis: & quae admodum in obligatione fideiussionis vterq; contractus principalis, & accessorius vim accipit, sic & in constituto recipiatur, vt pote quod ex diuersis causis oritur obligatio, l. item illa §. fin. de constit. pec. Altera ratio quod contra naturalem aequitatem visum est praetori esse fidem datam fallere, & ideo ea quae nudo pacto antea debebantur, fidei data rursus per constitutum iterum promissa praestanda esse, in l. 1. de constit. pec. P. Sed tertio loco mihi videtur duplex vinculum firmitus vno esse debere, l. re comuntili, de lega. 3. auth. cessante, de suis & legit. hered. C. §. sed hodie, de adopt. cum similib. Et consensu nouo constituti, in efficacia iure ciuili ad agendum pactum vestiri seu firmari, sicuti consensu firmari dicuntur generaliter conuentiones, l. 2. de action. in P. Quod Vlpianus indicat, dum ait: Hoc edicto praetor fauet naturali aequitati, qui constituta ex consensu facta custodit, l. 1. de constit. pec. P. Sic Iustinianus recte voluit obligari mulierem in intercessione, si secundum priorem intercessionem quam eludere poterat beneficio Velleiani, confirmauerit: sibi enim, inquit, imputet, si quod saepius cogitare poterat & euitare, non fecit, & vltro firmavit, l. si mulier perfecte atatis, 22. ad senat. Velle. C. lib. 4. tit. 29. Et fortiores debent esse duae cautiones quam vna, l. 1. de plus petit. C. cum notissimi, §. sed est quis, de prescript. 30. vel qua-  
annor. C. l. in contractib. de non num. pec. C.

De duobus reis constituendis. Cap. 8.

Instit. Lib. 3. tit. 17. Lib. 45. P. tit. 2.  
Lib. 8. C. tit. 40. Constitutum nouell. 99.

- 1 Duorum reorum tractatio ad qua pertinet.
- 2 Reus vnde dicitur.
- 3 Duorum reorum vel plurium constitutio quomodo fit.
- 4 Constitutionis duorum vel plurium reorum utilitas & finis.
4. & 6. Correi debendi quando, & quomodo pro inuicem teneantur.
- 5 Correi stipulandi quid, & quantum petere possunt.
- 7 Correorum adiciendorum rationes.

1 AD stipulationes passim in omnibus legibus, de duo. reis, P. fideiussiones, l. reos promittendi, 11. de duo. reis, P. constitutum, l. idem est, 10. de constit. pec. P. aliaq; conuentiones, l. eandem rem, 9. de duo. reis, P. §. 1. const. nouell. 99. pertinet duorum reorum tractatio: ideo ante pollicitatione de illa pauca explanabo. Rei are dicti sunt, quorum res agitur, Cicero 2. de Orat. c. forus, de verbor. signif. vnde Sextum Pompeium Festum, in verbo, reos, vel promittendo, vel stipulando, vel patiendo acculationem: qui sibi stipulantur, rei stipulandi: qui promittunt, rei debendi dicti, l. 1. de duo. reis. ¶ At tamen qui acculantur, rei criminis: qui conueniuntur rei, l. properandum, §. est quidem, de iudic. C. l. 2. de iur. calom. vt qui agunt vel petunt actiones: vt dicimus iudicium costare tribus saltem personis, actore, iudice & reo, l. inter litigantes, §. l. Iulianus, de iudic. P. Sunt & alia exempla. vnde & iudicium quoque controuersiae dicitur, res iudicata, vt liquet ex proprio titulo in iure ciuili & pontificio: rei quoque appellatione & causae & iu-

ra continentur, l. rei appellatione 23. de verb. signif. Hic plures rei credendi sunt, quando pluribus in solidum idem debetur, vere, vel fidei ex vna eademque causa principaliter. Sic rei debendi contra qui ex pluribus in solidum singuli debent idem, vere vel fidei, ex eadem causa principaliter. ¶ Constitutio tamen duorum pluriumve reorum est, §. 1. de duo. reis, ap. Instin. l. 1. eod. in P. sed numerus distinctionem non facit. Item alia constitutio reorum promittendi, alia stipulandi, vt monuimus. Materia porro & res de quibus constitui rei possunt, erunt omnes quae in obligationem veniunt, & quarum contrahebentibus est commercium: quae autem eiusmodi sunt, superioribus libris tradidimus, superiori lib. 22. c. 4. At personae idoneae huic constitutioni, & illae erunt, quae se obligare, & quae sibi acquirere possunt, & de quibus quoque, antea diximus, superiori lib. 22. c. 5. Quare vt vterque vel omnes rei obligentur, operae pretium est esse idoneos, alioquin altera, vel aliqua eorum persona obligationis incapax, alter vel alius, seu alii capaces subductis incapacibus soli obligantur, vt in leg. si ex duo. 12. §. 1. & l. his verbis, §. de duo. reis, P. l. vir uxori, 27. §. si. & l. idem est 18. ad senat. Vell. P. Formulae constituendi duos vel plures reos stipulandi haec: si post omnium interrogationem promissor spondeat: vt puta cum duobus separatim stipulantibus ita promissor respondeat, vtrique vestrum dare spondeo. Nam si Titio spondeat, deinde alio interrogante spondeat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei stipulandi esse §. 1. de duo. reis. In promissione autem Pomponius respondit, duos reos promittendi recte obligari, siue ita interrogati, spondentis respondeant, spondeo aut spondemus: siue ita interrogati, spondes, respondeant, spondemus, leg. duo rei 4. & l. duo reos 6. §. duo rei, eod. tit. §. duo plures, eod. ap. Instin. Neque etiam interest ex sententia Vlpiani, in duobus istis reis promittendi, an alter post alterum responderit, seu separatim, dummodo respondeant in vno contextu, & antequam ad alia diuertant: an vterque, simul. Non enim in illa constitutione timendum est de notatione, videlicet, vt tunc accedente secundi correi responsione, prioris nouatio fiat: cum hoc actum inter eos sit, vt duo rei constituantur, neque vlla nouatio fiat, l. 3. de duo. reis, P. Quocirca nihil prohibet, quo minus rei duo dicantur, quamuis alius pure, alius in diem se obligauerit, vt ait Florentinus Iurisconsultus, l. ex duo. 7. de duo. reis, P. §. fin. eod. tit. apud Instin. vel quamuis ab vno tantum fideiusor acceptus fuerit, d. l. duo reos, 6. de duo. reis, P. Proculdubio enim duo rei debendi erunt, si actum ita sit, l. reos, 11. §. cum tabulis, de duo. reis, P. authen. hoc ita, eod. C. Quod si actum non sit, si tamen se obligantur alternatiue, idem erit dicendum: vel si testator alternatiue plures obligauit, l. si ex reo, §. 1. de lega. 1. l. sine, de duo. reis, P. auth. si quando de constit. pec. At si copulatiue in vno actu quidem duae reorum promissiones constituant duos reos debendi, l. stipulatio ista, §. cum quis, de verbor. oblig. si duo actus per verba diuersa, efficiuntur duae obligationes, §. 1. de duo. reis, si fere in reis stipulandi seu credendi, vt si dictum sit, id feruetur: si minus, vt si alternatiue, inspiciamus num vterque possit acquirere, & in personam debitoris sit collata electio & duo correi fiunt, l. si Titio aut Scio de leg. 2. Quod si non fuit collata, id ipsum hodie receptum, cum alternatiue inter personas posita resoluat in copulatiua, l. cum quidam, de verbor. oblig. C. quamquam olim antiquum ius aliter deciderit, leg. 1. §. si fructuarium, & litem seruus, §. si. & l. seq. & l. seruus, de stipul. seruar. P. In copulatiua eadem ac in reis debendi dicit Barth. in leg. cum duo, num. 3. de duo. reis, P. Disparitas tamen rerum, pro quibus fiunt rei vtriusque generis debendi & credendi separatim impedit duorum reorum constitutionem, l. si id quod ego 15. de duo. reis, P. sunt & alia quae impediunt constitutionem plurium reorum, quae videri ap. Barb. ad l. cum duo, num. 1. de duo. reis, in P. Per constitutionem seu stipulationem hanc reorum, non solum quis sibi, sed aliis quandoque etiam, vt dominis seruus, quaeque obligationes: & totidem reos stipulandi facere dicitur, quot adiecit dominos quibus dari stipulatus est, Paulus, in l. si seruus communis 29. de stip. seruo lib. 45. P. tit. 3.

¶ Utilitas tamen & finis istius constitutionis plurium reorum est, vt ait Labolenus, vt cum duo eandem pecuniam aut promiserint, aut stipulati sunt, ipso iure & singulis debeatur, & singuli in solidum debeant: ideoque petitione & acceptatione vnus, tota soluitur obligatio, l. 2. & l. 3. §. si. de duo. reis, P. §. ex huiusmodi, eod. tit. ap. Instin. partes autem a singulis peti posse nemini dubium est, d. l. 3. §. si. de duo. reis, l. si ex toto, §. 1. de lega. 1. l. ante, §. duo rei, de fideiuss. l. ancillarum, §. illud, de pecul. cum similib. Et potest actor aduersus

aduerfus correos debendi agens quod pertinet ad quantitatem, actionem dividere, si velit, non enim dividere cogendus est, egrediens promittendi. *de duob. reis. l. 1. C. eod. tit.* Hoc quaedam in hac re innovata sunt, & placuit ex duobus: eis promittendi, ita demum quemque teneri in solidum, si pactum fuerit speciale: & si alter inops sit, in solidum, vel in partem, ut id saltem ab altero petatur, vel si absens sit: sin autem non fuerit conventum speciale, ex aequo sustinebunt onus: & si conveniunt, ut uterque eorum sit obligatus, si aambo praesentes sint & idonei. Simul cogendi sunt solvere, *ant. hoc. ita. de duob. reis. C. §. 1. & 2. eod. tit. in ant. collat. 7. const. 9.* Et ita cor. ei habet beneficium divisionis, exemplo fideiussorum, *ant. resente de fideiuss.* Solutione tamen aut novatione unus ex correis, tota tollitur obligatio: cum enim una res tantum in stipulationem vel constitutionem deducta fuerit, eius unica solutione tollitur obligatio, *leg. 2. & 3. de duob. reis. P.* quia semel solutum, amplius solvi non potest, secus quam res quae semel mea est, amplius mea fieri non potest, *§. sic in quae. de acq. l. 1. & eadem 13. §. penul. de excep. rei iud. P.* cum ex pluribus causis dominium quati non possit, *leg. 3. §. ex plurib. de acq. possess.* Qui autem ex correis solidum soluerit, habet regressum pro parte adue. sus correos promittendi: nisi illi exempti sint ab obligatione.

¶ In stipulandi reus, antequam contestatio litis facta sit, locus est electioni, ut debitor possit cui voluerit ex pluribus solvere: ubi autem unus ex correis primum in iudicio venit, & petit debitum, intercipitur illa praevisione libertas debitori solvendi alteri, cui si offerat pecuniam, minime liberatur, *in l. 2. C. de duob. reis. §. Duo rei debendi respectu quidem creditoris, ut fideiussores pro inuicem conveniuntur, si actus sit expresse, l. reos, de duob. reis, P. vel si color est quae sit, sed Iulianus, §. 1. ad Maced. P. & tunc habent beneficium fideiussorum. At habitatio ratione actionis, quae inter ipsos reos exigitur, si ex me a liberalitate se reos constituunt, & loci sint, videntur mutuo fideiussisse, l. 3. & l. in lege Falcid. ad l. Falcid. P. non loci, nequaquam, *di. d. in l. Falc. Ex a liberalitatem vero promittentes, tunc eatenus pro inuicem tenentur fideiubere, quatenus negotium ad alterum in reueritate pertinet, l. vir uxori, ad senatus. Vel. in P.* Quo casu habent beneficium authenticae de duob. reis Sententia lata pro uno ex correis debendi, ita demum aliis prodest, si pronuntiatum sit in factis, non debitum, vel non contractum, *arg. l. duob. §. a fideiussore, de iur. P.* Si tamen in iure, vel ex persona sua correus absolvens si non prodest, si loci non sint, *§. de obus. §. 1. de duob. reis, P. l. i. reo vtr. hab. P.* Quia exceptiones personales ad alium, nec ad ipsum fideiussorem porriguntur, l. exceptiones, de excep. P. cum similib. si duo, ei de duob. reis, P. vide hac de re Barthol. in l. ex duob. num. 2. de duob. reis. ¶ Rationes quae quorum pro vna & eadē obligatione, plures correi adhiberi possunt, ipsi sunt eadem esse ac quae fideiussionem firmant: & vna, quod egredi contractus fidem non liceat, etiam ex rescripto principis, *leg. ex primere 3. de duob. reis, C. l. quos, de precib. Imper. siferen.**

De Pollicitatione. Cap. 9.

Lib. 50. P. tit. 12.

- 1 Pollicitatio verbis fit, & per epistolam.
- 2 Pollicitationis nomen generale & speciale.
- 3 Pollicitatio quid, & quomodo a pacto differt, eod.
- 4 Pollicitationum distinctio.
- 5 Pollicitatio quae rei possunt.
- 6 Pollicitatio quando obliget.

¶ Via pollicitatio fit verbis fit, ut & alias inter absentes, epistola, *l. Charidemus 5. de pollic. P.* ne quid in actum quod ad contrahendi seu obligandi verbis formulam relinquamus, pauca de illa agemus. ¶ Nomen fit pollicitationis aliquando generale est, ad omnes promissiones pertinens, ut in l. pollicitatione, C. de dona. ante nupt. l. pen. C. de dot. promiss. l. fin. C. ad Velleian. Proprie tamen pro vltro f. eta, & spontanea promissione accipitur, & ut Vlp. ait, pollicitatio est solius offerentis promissum, cum tamen pactum a quo differt, sit duo. ut plurimumve in idem placitum & consensus, *l. 3. de pollic. in P. l. 1. de pact. in P. l. non minorum, C. de transf. act.* ¶ Pollicitatio distinguitur ratione eius cui fit: nam fit publicae vel privatae personae, vel Deo, quae & votum dicitur. Item alia quae causa iusta, alia sine causa impulsiva vel finali fit. ¶ Res fit quae in pollicitationem venire possunt, illae erunt quae in conventionem aliam deduci possunt. Quae non possunt, nec rede in pollicitationem venire, nec in votum. At personae idoneae quoque de-

bent esse contractui, neque sexum distinguimus, *l. toties 6. de pollic. §. Quando aut obliget pollicitatio, causa propter qua fit, docere poterit. Qui sine iusta causa pollicetur, non obligatur, contra si ob iustam causam, l. §. non semper, de pollic. l. i. ut iugentium, §. sed et nulla, de pact. P. l. 1. & tot. tit. de cond. sine causa, veluti ob honorem sibi vel alii decretum vel decretandum, d. §. non semper, & l. ex pollicitatione, §. vsq; adeo ut transeat ad heredem obligatio, l. toties 6. §. 1. de pollic. P. & l. pen. eo. tit. Et videtur hic esse contractus innominatus do vel facio ut des. Et proinde si quis ob honorem aut sacerdotium promiserit opus aut pecuniam, & antequam sacerdotium vel magistratum ineat, decedat, heredes, in pecuniam promissam, vel opus pollicitum non possunt conveniri: nisi forte ab eo vel a republ. opus ipsum fuerit incoatum, l. si quis ob honorem, eo. de pollic. & l. pen. eo. Pap. in l. estimationem 16. §. 1. de muner. P. Si quidem qui pollicitus est, si ceperit opus vel solutionem polliciti adigi ad implementum iure civili potest: ut pote qui deliberatam mentem praecessisse facto ipso comprobaverit, nec licet poenitere, l. 1. §. non semper, & l. 3. §. pen. de pollic. P. Tum quae iam rei interuentu videatur contractum efficaciter, non nude, ut in l. legem quam dixisti, C. de pact. l. divisionis placitum, eo. tit. P. Quemadmodum & accidit in donatione, quae quaque non esset iure Pandectarum efficax, ex nuda ratione & constitutione volentis largiti, tam si accepta esset a donatore, rata erat, l. nuda ratio, de dona. in P. Sicque Papyrius a donationibus ad pollicitationes argumentatur, ut in vtrique quae in republ. sunt, conditiones appositae, ita demum ratae sunt, si republ. utilitatis interest, si damnosae, non seruentur, l. Imperatores 13. de pollic. in P. Ad haec causa legitima efficacis pollicitationis censetur, propter incendium, vel terrae motum, vel aliquam ruinam quae republicae, contigit, *Marcell. in l. propter incendium, 4. de pollic. P.* isti enim casus miseratione digni viti sunt, & donatio quae alioquin prohibita, ob illos permittitur, l. quod si vir, de don. inter vir. & vxor. P. l. pen. §. 1. C. de dona. Sic & Paulus generaliter respondit: ob casum quem ciuitas passa est, si quis promiserit se aliquid facturum, etiam non incoauerit, omnino teneri, l. ob casum 7. de pollic. Si quis autem ne honoribus fungeretur opus promississet, tam honores subire cogendum, quam operis instructionem, Antoninus rescripsit, l. in priuatis 12. §. 1. de pollic. P. si idoneus honoribus esset. Etenim dignus poena est, qui patriae munera subterfugere, etiam pretio tentauit, & eos qui idoneus eligunt, a procuracione utilitatis republ. auocare, l. qui cum vno, §. qui post desertione, de re milit. l. 1. §. item de offi. praefect. urb. P. Et Papin. estimationem, inquit, honoris aut muneris, pro administratione offerentes audiendi non sunt, l. estimationem, 6. de munerib. & hon. P. l. illud, 10. de excus. mun. lib. 10. C. tit. 47. Quae per se rationes docent pollicitationis efficacis, quod ea non tam merae liberalitatis quam iustae & pene necessariae finalis causa sit, qua cessante & ipsa corruat, l. 2. §. fin. de dona. in P. c. cum cessante, de appellat. in Sex. quod in impulsiva verum utriusque non esset, l. 6. & 8. de pollic. gl. in l. 1. §. secundo loco, de postulan. Illud autem est constituendum, ut in pollicitatione licita, forma ei data sit sequenda, nec alio modo a republ. acceptari, vel peti possit, & Septimia 10. de pollic. P. l. 2. de iure immunitatis, P.*

De Voto. Cap. 10.

Lib. 3. Decret. tit. 34. Lib. 3. Sext. tit. 15.

- 1 Votum quid.
- 2 & 3. Votum quae res possunt.
- 4 Evocatio deorum ut dicebant tutelarium.
- 5 Deuocentis seipos pro salute populi.
- 6 Voti distinctio in bonum, malum, simplex, solemne.
- 7 Votum conditionale, commutabile incommutabile.
- 8 Votum ordinis sacrosuscipientium & religiois.
- 9 Votum tacitum vel ignominiosum.
- 10 Votum quae persona possunt.
- 11 Votum filii intra quod tempus renouari potest a patre.
- 12 Votum pupillarum renouare possunt tutores, monachorum abbatum, vxorum mariti.
- 13 Filisauisitas quae possunt votum.
- 14 Votum formulae.
- 15 Votum sine.
- 16 Vota plura enumerata Paganorum pro re familiari & publica.
- 17 Votum quare obligat personam.
- 18 Vota redi debere unni iure probatur.
- 19 Votum excludendum modus.
- 20 Voti commutatio seu dispensatio quid, & a quo, & in quod fiat.

- 1** **V**otum, † voluntas est spontanea, l. 1. de oblatio. vtor. C. Et ideo & consensus votum dicitur, l. 2. de elect. an. sex. Votum inter pollicitationes annumeratur, l. 2. de pollicita. P. Votum est promissio aliquid faciendi, dandi, aut non faciendi vel non dandi, Deo facta, apud Theologos est, Ricard. in 41. Semen. 36. distinctio. arti. 2. 3. q. 2. Angel. de Clauas. in Summa in verbo votum. propositi supererogantis promissio Deo facta, propter bonum finem, ex deliberatione firmata Ioannes Viguerius, in Inst. iuris. theologic. c. 5. §. 65. versio. 14. de voto alio modo definit, & plenus vs fit deliberata, & discreta ac possibilis promissio, ab existente in libertate, Deo facta, de bono consilii vel precepti, cum proposito seu intentione seruandi, & ad id se obligandi. Marfilus Ficinus ex Orpheo & Platone votum definit, vt sit arduus affectus casti animi, Deo deditus, & quod bonum videret exoptans, Marfil. Ficin. in commenta. ad 2. Platonis Alcibiadem. Plato, vovere esse a Diis, vt ait, petere in Eutyphrone.
- 2** **R**es † que voueri possunt, & facta sunt, & dicta, & res alia: exempla facti patet in Iepre, qui vouit, se prestiturum & oblatum quod prius e victoria redenti sibi occurrisset, Iudicum 15. Sic Iacob post visionem scilicet. vouit votum dicens, si fuerit Dominus mecum, & custodierit me per viam, per quam ambulo & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuertetur super me ad domum patris mei, et inueniam, reuertetur super me ad domum patris mei, et inueniam, quem exi, in titulum vocabitur domus Dei: cunctorumque que dederis mihi, decimas offeram tibi, Genes. cap. 28. Et probant iura ciuilia votum decimarum, & obligationem etiam eius in heredem transire statuunt, l. 2. de pollicita.
- 3** **I**nter † ea que vouentur sunt peregrinationes, subuentio seu transitio in Hierosolymitanam expeditionem, ad liberandam Syriam ab infidelium occupatione, c. 2. c. non est votu reus, l. 5. c. magne 7. ca. quod super 8. §. c. 5. ob quam principum & populorum olim facta vota frequentius recente clade. Vouentur & animalia, domus, ager, anima propria, id est, persona siue masculi, siue feminae, siue pauperes aut diuites. Levitic. 27. & alia que preitari possunt, alioquin que possibilia non sunt, nec promitti queunt, nec obligant, l. quemadmodum, de iur. iur. an. In euocatione tutelarium, vt vocabant, deorum, olim qui obsidebant ciuitates in carmine euocationis, quo relinquere eos rogabant quos obsidebant, & transire ad se, vovebant illis templea edificaturos, vt apud Liniuum in 5. ab urb. cond.
- 4** **S**cipios † etiam aliqui apud gentiles pro salute & victoria Romani populi deuouerunt Deo & manibus, vt duo Decii, pater & filius, Linius, lib. 8. ab urbe. deuotionis Decii formulam ponit praecunte verbis Pontifice publico popul. Roman. Quintus Curtius: & apud Gracos pro Atheniensibus Codrus: Menæceus pro Thebanis: pro Celeneis Anchurus.
- 5** **V**otum † aut malum, aut bonum. Malum non est obligatorium sed rescindendum, ca. in malis 22. q. 4. can. vna sola, 34. q. 5. Bonum votum generaliter duplex dicitur esse simplex, & solemne. Simplex, quod priuatim promittitur nulla extrinse adhibita solemnitate, aut persona publica nulla recipere vel acceptante. Solemne, contra quod professionem habet publicam, ca. omnes, 27. q. 1. Et sunt quidam actus, qui dum fiunt, habent votum expresse confessionem. **6** Quemadmodum † tria paupertas, obedientia, castitas, promitti censentur in susceptione ordinu maiorum, cap. vnic. de vot. in Sexto. & professione solemnialicuius religionis, c. vnic. de voto, in Sexto. vel tacita, que tacita triplex. I. Si nouitius se ingerit actibus ex certa scientia professo: um, Io. Andreas & Pan. in c. v. d. de regula, de reg. in Sexto. II. Si defert habitum professorum in eo monasterio vbi habitus professo: um & nouitiorum distinctus est, Panor. in dist. c. vidua. ca. vt clericus, de regular. III. Per delationem habitus nouitii ultra annum in eo monasterio, vbi non distinguitur a professorum habitus, ca. 1. de reg. iur. in Sexto. In Baptismo emittitur votu solemne legis Euangelicæ obseruanda: necessarium ad salutem æternam consequendam, ca. sunt quidam, 17. quæst. 1. ca. prim. de consecrat. 7. dist. 4. **7** Quædam etiam vota sunt pura, statim obligantia, quædam sub conditione, que non obligant nisi existente conditione, c. verum, de conditio. appositi. can. vnic. 32. q. fin. sumt. a contra. sensu. Item votum quoddam commutabile in aliud pro eo, quod quis vouit, redemptione facta aliud incommutabile, cap. 1. 2. §. seq. de voto apud Gregor.
- 8** **P**ersonæ † omnes vouere possunt, cuiuscunque sint generis qualitatis, aut sexus, nisi nominatim prohibeantur. Et voto

obligantur patres familias, puberes l. 2. de polli. c. 1. ca. nullus. c. ad nostram. ca. in. de regulari. c. si quis laicus 16. q. 1. Iuris non autem filius familias, aut seruus, sine patris dominive auctoritate, dist. leg. 2. de pollicita. ca. si quis seruum 17. que. 4. cap. ex antiquis, 54. distinctio. ca. 1. §. 2. 20. q. 2. De muliere sic cautum in lege diuina: Mulier si quidpiam vouerit & se constringerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater votum quod pollicita est & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacerit, voti rea erit. Quod pollicita est & iurauit, opere complebit. Sin autem statim vt auerit contradixerit pater, & vota & iuramentum eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater. Si maritum habuerit & vouerit aliquid & semel de ore eius verbum egrediens, animam eius obligauerit. iuramento quo die auerit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcumque promiserat: sin autem audiens contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbaque quibus constringerit animam suam propitius ei erit Dominus. Vidua & repudiata, quicquid vouerint reddent. Numer. 30. vide Philonem Iudæum, lib. de iur. iurand. si vnus coniugum sine alio continentiam voueat, si non tenet votum, c. si tu. 27. q. 2. idem in abstinentia voto, c. manifestum, 33. q. 5.

**H**odie † pater reuocare votum filia potest intra annum, & diem tantum, ca. puella 20. q. 2. c. nullus 32. q. 2. neque peccat pater reuocando intra illud tempus, nec filius patri reuocanti consentiendo, eo quod pater faciat auctoritate canonis, glo. in Summa 20. q. 2. **S**ic † & tunc potest tutor suorum pupillorum vota reuocare, d. c. puella, & Panor. in c. 2. de regul. Et Abbates suorum monachorum etiam facta ante monachatum, vt & maritus potest omnia vota abstinentia & continentia ab vxore facta reuocare, etiam si ante contractum matrimonium fuerint emissa, glo. 1. in c. noluit lex, 33. q. 5. Potissimum cum illorum inter est, nec consentirent. Proinde quoque; prepositi ecclesiarum administrationibus & curis, antistites curiones, abbates, & non possunt in preiudicium suarum ecclesiarum vouere, d. c. noluit lex. sine licentia summi pontificis, id quod vinculum, quod inter ipsos & ecclesias est dissoluere possit, vel ob quod diu ab ecclesiis abesse possent. c. Clemens 8. q. 1. Nec prelati episcopi & iis superiores, abique summi pontificis licentia votum religionis faciunt, nec monasteriis deuouent, c. magna, de voto. c. nisi cum pridem: de renuntia. ca. non oportet, in 2. de consecra. distin. 5. quamvis inferiores, vt decani, prepositi, archidiaconi, archipresbyteri & curiones possint, c. licet, de reg. ca. d. n. 19. q. 2. etiam inuitis suis episcopis, c. monacho 20. q. 4. Monachi sine consensu abbatis non vouent, neque ipsi abbates sine licentia superiorum, c. abbates 18. q. 2. Putant autem, † quod & verum est, seruum vel filium qui temporalia vouere non possunt, posse spiritalia vouere, quibus nullum sit preiudicium iis, quorum in potestate sunt: puta quod certas preces dicent, vel alia similia. Angelus de Clauasio in summa §. votum 2. nu. 7. arg. c. relatu, de sent. excom. ca. si seruus sciens, 54. dist. voueant. Ita filii fam. qui habet peculium castrense, vel quasi, de illis, in quibus habetur, ac si sui iuris esset, recte potest vouere, vt & testari.

**F**orma † vouendi efficaciter est, vt diximus simplex, aut solemnis, verbis conceptis pure, vel cum conditione expressa, deliberate & mature, c. de viduis 27. q. 1. Etenim quod sine discretionem vel temere emittitur, obligatorium non est, c. veniens, de vot. ap. Gregor. c. carissimus, & c. veniens, de conuer. coniug. c. ad nostram, de reg. neque sola deliberatio sine animo obligandi, nisi ultra fuerit processum, obligationem voti constituit. ca. literaturam, de voto arg. l. obligationum de action. P. l. si ego de rebus cred. Proinde omnia ex voto excusare debent que solent voluntati libera obesse & pactiones & consensum impedire, veluti, error, metus, deceptio, dolus & similia per totam, 22. q. 4. de quibus suis locis dictum est. Accedit formæ aliquando & promissioni voti iuramentum promissorium, quod certe efficacius reddit promissum inter homines. Nam quod ad Deum pertinet, inter simplicem loquelam & iuramentum Deus non constituit differentiam, c. iuramenti 22. q. 5. Apud Liniuum vouendi formula prescripta dum de bello decreto a Romanis contra Antiochum agit, vtq; M. Attilius inquit. consul ludos magnos Ioui vt voueret, placuit (scilicet fenatu) id votum preuenire P. Licinio pontifice Maximo, consul nuncupauit: si duellum, quod cum Antiocho rege sumi populus iussit: id ex sententia fenatus populiq; Romani confectum erit, tum tibi, Iupiter, populus Romanus ludos magnos dies 10. continuos faciet: donaq; ad omnia puluinaria dabantur

buntur de pecunia quantam senatus decreverit. &c. *Lucretius lib. 6. de ca. 4. in prin.* Perpendimus hic quoque Dei maiestatem cui fit promissio & votum, c. magna, de voto. ¶ Item ¶ & finem propter quem quis emitit votum, qui est vel salus æterna, vel temporalis, aut alius bonus, & utilis, nec damnosus proximo, vel superstitiosus, quo fit, ut conceptio voto: um seu promissio facta in perniciem alicuius, ut Deus occidat inimicum, ut adultera quis, vel aliqua adulterio potiri possit, & ob similia impia & vana, sacrilegia potius & superstitiosa preces haberi debent. Mores antiquorum gentilium, & votorum religionem, & causas docent: tum etiam eorum qui verum Deum colebant.

14 ¶ Refert ¶ Cato verba concepta quibus vota fiebant pro bonis, de re vesti. c. 83. & quomodo ante messem porcam precidantem vouebant & sacrificabant, idem *Cato eod. c. 134.* Suetonius tradit omnes ordines Romanorum, in lacum Curi pro salute Octavii Cæsaris, quotannis ex voto stipem iecisse, *Suetonius in Octavio. c. 57. Dio Cassius lib. 50.* Sicuti & postea pro salute principis vota fuerunt p. æstima summa cum populi inundatæ, ut *Adrianus Imperator non luxeret. Etium Verum adoptatæ mortuum Calendis Ianuariis, quod vota præstarentur pro salute principis, Plinius in Panegyrico Traiani.* Etenim post Calendas Ianuarias pro salute p. incipis vota suscipiebantur. *Caius in l. si calumnietur. 2. 3. de verbor. signific. P. Dio Cassius. lib. 44.* nuncupabantur autem consularibus & reliquis magistratibus, ut narrat Plutarchus in Cicer. & meminit Plinius Iunior se ita fecisse. *d. Panegyrico.* Exegit votum Caligula Cæs. ab eo qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat, *Sueton. Tranquill. in Caligul. cap. 27.*

15 ¶ Tum ¶ præcipuus votorum locus est, cum spei nullus est, *Plinius lib. 8. Natural. histor. cap. 16.* & ad Dei opem tum maxime cogimur peruenire. cum humanum desideramus auxilium. Proinde vota tite facta Deo exsoluenda esse, & habere obligationem pe. fœnalem vouentis, non rei quæ vouetur, placuit, atque ad heredem transire, *l. 2. de pollic. P. Possim si iusserit, qui vouit heredi, illud exsequi, ca. l. oct. ca. 6. de vot. vel si votum reale sit, cuius executio non pendeat ab ipsissima persona vouentis, d. c. licet, & c. quod super. eod. l. veteres, de contris. & commi. stipul. Cl. vni. ut alibi ab here. & contra here. e.* In lege duodecim Tabularum scriptum est: *et Cicer. 2. de Legibus sanctæ vota reddunt, quæ e. & voti causa soluendi magistratui licuit fines prouincie exte, quos alioquin non licebat transilire, dum tamen non abnotata: et l. illud 15. de offic. præsid. in P.*

16 ¶ Iubet ¶ ius natu. a primum reddere Deo vota, quia nature iure æquum est, quæ placita sunt seruari, *l. 1. de pollic. P. l. non minorem, de tran. act. C. & graue fidem fallere l. 1. de constri. pecun. & multo magis impium, Deo fidem dariam irridere: eademque rationes quas paulo ante docuimus fit mare pollicitationem accedunt votis, sed firmitus diuini ad votorum exsolutionem adigit. Ecclesiasticus, si quid vouisti Deo, ne moraris reddere: distulcet enim & infidelis & stultus promissio, Ecclesiast. cap. 5.* Et in libro Numerorum. *Si quis votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irrium verbum suum, sed omne quod promissum implebit, Num. 30.* Et in Deuteronomio 21. *cum votum voueris Domino Deo tuo non tibi dabis reddere: quia requirit illud Dominus Deus tuus. Et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris: quod autem semel egrefsum erit de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promissisti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es. Et Dauid. Psal. 75. vouete & reddite Domino Deo v. stris, omnes qui in circuitu eius offeritis munera.* Iure quoque pontificio vota præstanda, fidem faciunt, quæ p. oppriis integris titulis de voto traduntur *possimum in c. licet. eod. ap. Greg. & tot. 17. quæst. 1.* Quibus & ius civile con-

17 leuit. l. 2. de pollic. P. ¶ Obseruandus ¶ tamen in votorum solutione modus, quo quis vouerit, an pure. Et tunc statim tenetur, si possit soluere, aliter dilatio permittitur, *ca. non est de voto: an sub conditione, quo casu n. obligatur, nisi prius conditio existerit, ca. non solum 32. q. 3. c. u. verum, de conditio. appof. ca. olim causam, de rest. stipulator. ca. non solum 31. q. 8.* Rursum, qui simpliciter se datum vouerit, in specie, non debet deterius indiuuam soluere. Maledictus enim dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum facies immolat debile Domino. *Mal. l. b. 1.* Et quamuis in indefinitis, quod minimum est, veniat ex parte p. etatione. fauore promittentis, *l. sita. in si. de leg. 1. l. n. m. de leg. 3.* tamen fauore religionis de melioribus eis offerendum, *argum. l. sunt persona, uerelictos. & sum. fun. in l. S. e. etiam*

qui se voto obligauit, testabitur suam erga Deum piam voluntatem. Vel si iudicio cogendus sit, quod inter melius & penus eiusdem speciei est, præstabit, *l. Titia §. si. de auro & argen. lega. Et quod consuetum est in præstatione simili, seruabitur, l. ex parte, de cens.*

¶ Interdum ¶ in pollicitatione voti exsequenda accedit dispensatio, vel commutatio, seu redemptio voti. Dispensatio de non implendo voto fit, dum quod vouetur, vel malum est, vel inutile, vel impedimentum est maioris boni, remittitur ab eo, qui auctoritatem habet propter iustam causam, *c. 1. & c. magna, de vot. g. in c. non est, eo. tit.* Dispensare creditur solus summus pontifex in quatuor generibus votorum, religionis, profectiois Hierosolymitanae, pro subsidio, & ad sanctum Iacobum, & visitationis l. minum SS. apostolorum, Petri & Pauli: in aliis dispensat episcopus. *Angelus de Clauasio, in summa. in verbo votum 4. num. 6.* Commutatio est, quando pro voto, aliud imponitur vouenti, estque etiam dicta redemptio: nam solutione impositi, liberatio fit ab eo quod quis vouit, etiã iure diuino recepta, *Leuitic. 27.* Et hodie quoque pontificio iure permittitur superioris auctoritate, inspecta qualitate personarum & causa, *cap. 1. & 2. & seq. de voto.* Commutatio porro in melius semper fieri debet. Vnde quia creditur religionis ingressum ut obsequium, perpetuum, arctius esse votum, placuit in eum omnia vota temporalia conuerti posse, *ca. scriptura 4. de vot. c. admonere 33 q. 2.* Nec videtur votum & propositum infringere, qui in melius commutat. *c. peruenit, de iure iurand.* Hic considera quoque res, personas, & propter quid votum factum sit. Res promissæ enim voto interdum non possunt redimi, interdum possunt, secundum finem diuersum: quod enim magis Deo acceptum est, id tenendum, *c. 1. de voto.* Et non commutat summus pontifex votum quod emissum est in baptismo, necessarium videlicet ad salutem consequendam, ut in baptismo diximus: nec enim dispensatio, vel gratia fieri potest contra Deum & salutem, sed potius esset dissipatio, *c. sunt quidem 25. q. 1.* Personæ vouentium quoque cum votis conferenda sunt, ut si vouerint auxiliarem manum propriam, pro repetitione terre sanctæ, si sint debiles, infirmi, seniores, laboribus bellicis impares, peregrinationibus inhabiles, iure, vel factis, in alias res personalis deuotio recte a summo pontifice conuerti possit: nempe in expensas quas facturus fuisset in vigiliis, orationes, ieiunia, & similia, *c. magna 7. & ca. quod super his 8. & ca. ex multa 9. in prin. & §. fin. de vot. ap. Greg.* Et in summatia in hoc negotio Innocentius 3. iubet obseruari, quid liceat secundum æquitatem: quid deceat secundum honestatem: quid expediat secundum utilitatem, *d. c. magna, & c. aliud, 11. q. 1. & c. denique 4. dist.*

De Nouationibus, & Delegationibus, & Cessione- bus actionum. Cap. 11.

1 De Nouationibus & Cessionibus actionum remissio. ¶ Iuris ¶ civilis acquirendi modus est per stipulationem, nouatio, *l. ea qua civiliter 53. de acquir. rer. domi. in P. lib. 4. tit. 1. & ideo de illa dicendum hic esset inter conventiones quæ stipulatione fieri solent: verum quia hæc quoque ad solutionem & distractum magis mihi pertinere visa, alibi de ea, & de delegatione, & cessione actionum, post caput de solutionibus tractauimus nempe in lib. 21. obligationum, cap. 20.*

De Acceptationibus, & de Aquiliana stipulatione. Cap. 12.

1 Acceptationis, & Aquiliana stipulationis tractatio remissio. ¶ Eius ¶ etiam ¶ copiose alibi dictum est, *superiore lib. 21. c. 19.* ideo nec verbum amplius addam.

De Literarum obligationibus, & de Exceptione non numerata pecunia. Cap. 13.

- 1 Literarum figura ad quid adhibita conuenientibus;
- 2 Nota scribendi prohibita & obfranda;
- 3 Literarum obligatio unica est, & quid sit;
- 4 Calendarum mercatorum fidem faciunt;
- 5 Literarum obligatio, materia persona, ut considerentur;
- 6 Forma;
- 7 Nomina qua debita dicantur. eod.
- 8 & 4. Non numerata: cuncta exceptiones quæ, & quanto durentur.

- 9 *Literarum obligationis rationes.*
- 10 *Mutuuum fictitium improbat.*
- 11 *Non numerata pecunia exceptio post biennium obici potest, quando.*
- 12 *Chirographum quando probet mutuuum, & quando habeat ius hypotheca eod.*
- 13 *Chirographum viri uxor & heredes, abbatis monachi, beneficii mortui successor coguntur agnoscere vel negare.*
- 14 *Dotis non numerata exceptio quando competat. & nu. 15.*
- 16 *Pecunia non numerata exceptio non datur constituenti se debitorem pro alio.*
- 17 *Pecunia non numerata exceptio in quibus casibus non admittitur.*
- 18 *Probatio cui incumbat in hac actione & exceptione.*

1 **P**alam ꝑ omnibus est, pleraque esse negotia, & hominum varios actus, quæ scripturæ adminiculo ad sui robur & firmamentum indigent, glo. in c. 1. §. postquam autem, de censib. in lex. enumerat 34. casus, videnda glossa cũ textus, in ca. si. de loca. apud Gregor. Literæ autem, & figuræ earum non tam ad obligationem, quantum ad fidem & solemnitate rerum gestarum pertinent, l. contrahitur, de pignor. l. non figura, de actio. vt fraudibus & perfidia obuiâ facilis iretur. ¶ Vt alias ꝑ Bassilius Imperator orientis aduertens occasione maleficii prauis hominibus eo dari, quod numeri, quibus, verbi gratia semis, sextans, vncia, & similia designantur per notas, recepta antiquitus consuetudine, scriberentur, loco notarum literis vt iussit, quas etiam rustici legere possent, & de suo, sumtus in chartas, literas, atq; scribas ipse suppeditaui, lib. 1. iuris Orientalis constitutione 2. Bassili. πρεσβυτέρων τῶν ἀστυνών. Iustinianus quoque cauit, ne imminente pœna ciuili & criminali, quisquam posthac librarius, libros iurisperuidentie per notas seu abbreviaturas, & cõpendiosa anigmata, quæ multas per se & vitio suo antinomias induxerunt, scriberet, sed per literarum consequentiam in proem. P. §. illud autē quod iam, l. 1. §. pen. §. ne autem, & l. 2. §. si quid vero, de veteri iur. enuclea. C.

3 **C**eterum ꝑ placuit vnicam esse obligationem, quæ ex sola scriptura pendeat, nullo alio auxilio iuuata, non expresso consensu, non verbis, non re, non auctoritate alia quam legis: videlicet cum quis fateretur scriptura accepisse se certam pecuniam, quam tamen non accepit: nec intra biennium confessionē eam reuocauit, vel de ea conquestus non est, §. 1. de literar. oblig. Hinc enim nascitur obligatio, etiam si causa debiti ignoretur: si ea scriptura fiat ab ipso contra quem profertur, tunc enim propria scriptura contra scribentem probat, nõ in eius fauorē aut commodum, l. fideiusfor. §. pater, & seq. de pign. P. l. instrumenta, 5. & l. exemplo, P. & l. rationes, C. de probat. multo magis si auctoritate publica fieret, quia fide publica firma manet, l. optima, de contrahen. & com. stip. C. l. cum precibus, C. de probat. l. antiqua, C. ad sena. Velleia. l. si. C. arbitrium iutele, vide glo. in l. 3. de non numer. pec. C. vel si ab iis fiat & inter eos, qui fide eadem vtuntur, vel vt debēt, quales sunt, probi si sint, mercatores, qui quasi publici gerunt officium, Bald. in l. quadam, §. num. uarios, de edendo, P. item argentarii, qui nihil in calendariis suis aliud quam ex partium consensu annotasse censentur, arg. l. si quis ex argentariis, §. ratione, de eden. P. ¶ Excipio, ꝑ vt dixi, alias scripturas, quæ causam habent, vel præsumuntur habere aliam, quam mutui: quæ si admittantur, seu vt dicunt confitentur ab iis qui obligati inde dicuntur, statim non expectato biennio obligant, l. in contractibus, & l. generaliter, C. de non num. pecun. l. nec non, §. si quis, ex quibus caus. maior. P. l. aduersus, §. fin. C. de non num. pecun. aduersus illas tamen, per apertissima adhuc argumenta scriptis inferta religio iudicis potest inhi: ui, quod in alium quemquam modum, & nõ in eum quem cautio perhibet, negotium subsecutum sit, leg. generaliter, C. de non num. pec. Sunt & dispositiue conceptæ scripturæ, quæ huc non pertinent, quæ si contineant verba obligatoria, alia ratione, videlicet ex consensu vel stipulatione, pariunt obligationem: vt si per epistolam quis polliceatur se centum amphoras vini datum, vel aliud quippiam, l. Titius Seio, de consti. pec. P.

5 **M**ateria ꝑ namque propria istius obligationis circa quam versatur est mutui non recepti, vel non soluti confessio: vnde literarum obligatio bifariam consideratur, vel quando quis se recepisse mutuo quod non recepit fateretur, quod fit per syngrapham: vel quando s qui vere mutuo dedit, scribit sibi solum fuisse, quod tamen solum non est: quod fit per apocham: vnde sequitur libe. atio, vt ex syngrapha obligatio, l. in contractibus,

14. §. super ceteris, de non numer. pec. Materia porro ex qua constat obligatio hæc, sunt literæ per debitorem scriptæ: in his confessio mutui accepti vel redditi: quamuis alii extendant ad aliam quam ad mutuū. exceptis tantum casibus, in quibus locum non habet exceptio, glo. in d. l. in contractibus, §. sed quoniam, in verbo penitus, in fine. Personæ autem hic eius generis esse debent, cuiusmodi exiguntur in mutuo cõstituendo, & in liberatione facienda, de quibus in mutuo, & titulo de solutionibus, & de acceptilationibus. dictum est.

¶ At forma ꝑ obligationis literarum hodie alia est a prisca, per quam teste Theophilo, in §. 1. de litera. oblig. lib. 3. Insti. iur. ciuil. tit. 21. quod ex aliis contractibus debebatur in hac literarum transfundebatur obligationem, acceptis nominibus. Quofactum est, vt & nunc nomina dicantur debita omnia, l. nominis & rei, de verb. signif. antea non nisi literis consignata, & forma certa præscripta, vt apud Ciceronem: *Hæc pãctio non verbis, sed & nominibus & præscriptionibus multorum tabulis cum esse facta dicebatur, prolata a Mæcio est nominibus inductis auctore Pomponio, Cic. lib. 4. Epistol. ad Attic. epist. vltim. in hac etiam acceptance alibi idem Cicero accipit, & pro Cluentio, & alibi.* Et Pomponius Iuriscõf. nomina ex hac literarum obligatione orta, subindicat. Si vero, inquit, nomina sua fecerit dominus, vt quasi debitorem se feru faceret, cum debitor non esset, contraputo. *Re enim non verbis peculium augendū est. l. 4. de pecul. lib. 15. P. tit. 1. Separat Vlp. ex stipulatu debitum & debitū nomine facto, in l. de annuis & mensuris cibis, lega. lib. 33. P. tit. 1. vt & Iustinianus & alii verborum, & literarum obligationem, §. 1. de litera. oblig. l. non figura, 38. de actio. P. l. 7. §. quod fero, de pact. in P. Solebant debitores in calendariis creditorum nomina sua scribere, & ita rationes creditorum assignare, & nomina ita facere dicebantur. Alia nunc obligationis literarum forma, quæ quidem verborum delectum & conceptionem certam non habet a iure impositam, cum leges non verbis, sed rebus imponi debeant. l. 3. Commu. de lega. Et sufficit talia esse quæ obligationem arguant, vel obligandi animum: veluti si quis mutuo accepturus ita scribit in schedula seu syngrapha. Ego ab illo mutuo accipio & hæc debeo: vel si alia similia, eiusdem tamen substantiæ scribat & subscribat, nihil inter est. Pro nominū constitutione, syngraphis vti coepit, postea mutuuum accipientes, l. plures 13. de fide instrum. C. tit. de apoch. lib. 10. C. Et secundum harū conceptionem queritur obligatio ei qui credidisse dicitur. ¶ Iam autem ꝑ in mutuo diximus in hac literarum obligatione, ciuile mutuuum constitui, Ioannes de Ferrariis, in tit. de forma libelli, in actio. hypoth. in verbo mutuo, quod per simplicem oris confessionem contrahitur: vt, talis fuit confessus se habuisse & recepisse centum mutuo, de qua intelligenda, leg. 3. de non nume. pecun. C. §. 1. de liter. oblig.*

¶ In hac ꝑ specie conuentionis, est prodita exceptio non numerata pecunia: si quis contendat ita quidem se causisse, sed pecuniam, seu tem ea cautione, & illis literis comprehensionem non recepisse: competebar autem olim hæc vsq; ad quinquennium principalibus constitutionibus, ante Iustinianum editis, d. §. 1. de oblig. vt constituto Aurelii, quæ scripta est in fragmento sãdici Gregoriani, tit. de cautã & non num. pecun. Erat & ex Iuriscõfultorum responsis protinus perpetua: cum apud illos nulla ad obligandum sola literarum scriptura reperitur sufficiens, dicitur. non figura, nisi vel verborum, vel consensus fulciatur adminiculo, l. 1. de actio. P. l. 1. de nonat. P. l. Grace, de fideiusfor. Atrempore Iustiniani facta est temporaria ad biennium vsque tantū permilla, d. §. 1. de litera. oblig. & l. in contractibus 14. de non numer. pecun. C. ¶ Quia ꝑ propter silentium biennii præsumitur secundum scripturam & numerationem sequuntur, & nisi numerata fuisset, non ita fuisse stolidum qui scripsit, quin eam repetisset: quia nemo præsumitur velle iactare suum, l. cum de indebito, de probat. Addit Iustinianus metam huic scripturæ imponitam, ne creditores diutius possint suis pecuniis forsitan defraudari, §. 1. de liter. oblig. Sed & tertio loco qui sciens prudensque fallus est, se accepisse mutuo quod non accepit, donasse videtur, leg. Campanus, de oper. libertor. P. quia nullo iure cogente fallus est se debere, l. donari, de regul. iur. l. donari, de donat. P. Quare in hac obligatione nõ potest agi, vt ex mutuo, quia in eo amplius quam datum sit non redditur, l. sibi decem, de pac. P. sed ex lite arum obligatione, veluti ex promissione: verbis enim etiam credimus & literis, l. 2. si cert. peti. P.

¶ Verumtamen ꝑ si spe futuræ numerationis facta fuerit debiti recepti confessio, recte dicemus creditorem satisfacere debere

debere promissioni, & si non satisfecerit, iniquum esse eum quod non tradiderit velle repetere, quantumvis praetextu mutui fraudem tegere velit, & scitius iste contractus iustissime rejicitur. Et plus valet quod agitur, quam quod simulate concipitur, & ita Odesfredus notat in l. quamuis, C. si certum per. Quamobrem si in hac confessione accepta pecunia literarum comprehensa interuenierit error, scriptura non sufficit, si de errore doceatur, etiam post tempus biennii: nec ex ea nascitur literarum obligatio, post tempus biennii: iure naturae regulam: iure naturae regulam: quam locupletari cum alterius acturae. locupletari, de regul. iur. in Sexto, l. iure naturae, eod. tit. in P. l. nam hoc natura, de condit. in deb. in P.

11 Quae ratione Dynus tuteitur in d. locupletari, ex aequitate canonica, debitorem posse obtinere hanc exceptionem non numerata pecunia post biennium. Notandum Baldus & glossa ex quorundam interpretum mente, hoc audiendum eum esse, qui vel post biennium probare non fuisse numeratam pecuniam: quam sententiam Salycetus & Castrensis sequuntur, Bald. in l. sex cautione, quasi. 9. & in l. in contractibus, & ibi glossa in verbo nullo modo. Cynus, Castrensis, & Salycetus, C. de non numer. pec. Quod verum creditur, quando in scriptura dictum fuit, fateri debitorem tunc se accepisse, numerationemque tunc factam: diuersum autem, quando quis in scriptura indefinite dicit fateri, si seu confiteri se accepisse, glo. in dicto textu, in l. sex cautione, C. de non numer. pec.

12 Ceterum si hoc die cautum est, chartographias scripturas, quibus quis fateri se mutuas accepisse pecunias, non probare mutuum supra quinquaginta libras auri, sanctione Iustiniani, l. si per chartographiam, l. fin. C. si cert. per. & ex nouella constitutione supra libram auri, auri, sed nouo iure, eo tit. si cert. per. oportet, de instrumentor. fide & cautela, in Authen. nisi simul adhibeatur scriptura maioris summae tres testes ex lege Codicis, probata opinionis, & si fiat in ciuitate ab impetito literarum, quinque ex nouella Iustiniani, dist. leg. fin. & authentica, sed nouo iure. In minoribus igitur summis idiochara, seu priuata scriptura confellata seu agnita, vel si trium testium habeat subscriptionem in maioribus, probabit debitum. Et si debitor inficietur, potest scriptura contineri per comparationem litera autem in praedictum scribentis, l. scripturas, & authent. si quis vult caute, qui prior, in pignor. habent. C. Arque in Gallia debitor inficiatur idiocharon, in ius vocari potest coram quolibet iudice eius loci, vbi is debitor coepertus fuerit: vbi per seipsum vel procuratorem cum speciali mandato cogatur vel agnoscere, vel negare scripturam: quod si non fecerit ex prima dilatione vel uocatione contumax, scriptura pro confellata habetur, & eius generis & efficaciae renuntiat: per iudicem eiusque sententiam, a cuius prolationis die idiocharon hypothecam contrahit, ex constitutione regia Francisci primi anni 1539. in constit. Francisci i. anni 1539. art. 92. quamuis iure Nouellarum, ex scriptura debitor, vel syngrapho, actio quidem personalis nascatur, non hypothecaria, §. res super, nouell. 136. Item si vocatus debitor & inficiatus fuerit, & actor, creditor vel elicer, probauerit a tempore denegationis hypotheca incipiet, in eadem constitutione Francisci i. art. 93. & ex nouella Iustiniani damnandus erit in duplum nouella 18. §. studium vero, vide l. a. C. de non numer. pecun. Nec hic praescriptio seu exceptio fori, vel non sui iudicis obici poterit, dum agitur de agnitione chartographi, eo quod res est peritura tempore: quare necessitas exceptionis ius superat, vt in aliis, Alexand. in l. 2. de iurisdict. omnium iudic. P. facit. l. 1. de eo quod certo loco P. l. vnic. C. vbi conuenit. qui cert. loc. dar. promissit. Placuit tamen non tantum debitorem cogendum agnoscere, vel inficiari proprium chartographum, verum etiam & eius heredem, & uxorem viri, Ioannes Gallus in Decisio. dec. per aresia. Parlamenti, aresia. 157. monachorum collegium abbatis mortui: & successore in beneficio mortui antecessoris, apud eundem Gallum eod. lib. aresia. 172.

14 Agetur tamen itaq; intra biennium ad summam uendam scripturam eius quod quis falsus est falsus, se debere, conditione, leg. in contractibus. C. de non numerata pecunia: nam conditio ex lege competit, vbi alia non datur actio quam ex ipsa lege, l. de conditio. ex l. P. poteritque per conditionem sine causa, obligationem id est, instrumentum cautionis condicere, l. si quasi acceptum 7. de non numer. pecun. C. l. qui sine de conditio sine causa, l. cum & solui. de conditio. in deb. C. l. fin. de solui. C. cum simul, vel si cre-

ditor agat exceptione non numerata pecunia vt, d. l. si quasi, & l. 3. & l. aduersus. s. C. de non numer. pecun. Competit & actio in rem pro repetitione pignoris, si pignore cautum sit, l. i. C. de non numer. pecun. l. solutum, §. si quasi, de pignora. actio. P. item & exceptioe doli aduersus agentem, l. 3. C. de non numer. pecun. & ipse actioe in factum quoque agere poterit, si cauta fuerit quantitas cum stipulatione: nam sine stipulatione promissione facta, non numerata pecunia remedium datur, l. cum ultra 9. iuncta gloss. penult. C. de non numer. pecun. quod & querela non numerata pecunia dictum, in l. in contractibus 14. §. in omni enim tempore, de non numer. pecun. C. At que intra tempus concessum biennii, licet ei, cui haec exceptio competit, vel denuntiationibus scripto missis, querelam non numerata pecunie manifestare ei, qui numerasse eam, vel alias res dedisse in instrumento scriptas, vel si abesse eum his locis, in quibus contractus factus est, contigerit, Constanti in populi apud quemlibet ordinarium iudicem: in prouincis apud viros clarissimos rectores earum, vel defensores locorum eandem querelam manifestare, eo que modo perpetuam sibi exceptionem efficere licere, sancitum est, d. §. in omni quidem, dummodo in scriptis querela fiat, aut si quis eam in iudicio proponat, etiam si agatur de exceptione non numerata dotis, in qua haec locum habent, l. 1. & fin. de dot. caut. non numer. C. oportetque mulieri & ei qui dotem conscripsit, querelam innotescere, dist. l. in contractibus, §. si. & auth. hanc autem, de non numer. pecun. C. & nouella 100.

15 Adhibenda tamen in non numerata dote circa tempus a lia distinctio, vt intra biennium solum matrimonii, siue morte, siue diuortio, tam ipsi marito de dote non numerata queri liceat, quam eius in super heredi intra alterum annum. Si vero matrimonium ultra biennium vsque ad decimum annum extendatur, & marito eiusque in super heredi intra menses tres querela concedatur. Si autem decennium decurrat, tunc neque marito, neque eius heredibus querela mouenda potestas est, ex nouella 100. in de deserta authent. quod locum de dote cauti, non numerata lib. 5. C. tit. 15. Iustiniani. Sed & adhuc post decennium ad duos annos facultas extenditur, si minor fuerit maritus, vel heres eius, per auxilium restitutionis in integrum, proxime citatis iuribus, & authent. si minor, de tempo. in integ. restitutio C. lib. 2. tit. 13. Hinc casum demit lex, vt in illis securitatibus, vt ait, seu confessionibus, quae post confessionem dotalium instrumentorum de soluta dote ex parte, vel in solidum exponuntur, nulla exceptio non numerata pecunie locum habeat, d. l. in contractibus, §. sed quomodo. Idque ob geminam & praemeditatam eiusdem solutionis confessionem, que proculdubio vel donandi iudicium consilium, vel solutionem arguit, saltem quae efficaciores vna sunt, l. 1. de plus petit. C. authent. sine a me, & l. si mulier, 22. C. ad Senat. P. Vellea.

16 Vnde tamen & tracta videtur ratio, cur is qui se constituit debitorem in locum alterius non obiciat hanc exceptionem, l. frustra. 6. C. de non numer. pec. quamuis haec exceptio quae competit reo, competit & fideiussori, si reo debendi numerata non sit, leg. tam mandatori 12. C. eod. §. Alius tamen casus, in quo non numerata pecunia exceptio non obicitur, in instrumento securitatis depositionis rerum certarum, vel pecuniae. Item tertius, quando publicus officialis fateri se recepisse publicas fundationes, dist. l. in contractibus, §. sed quomodo, vers. ideoque. Quo pertinet 4. quando procurator fisci, rerum venditarum pretia se recepisse, scriptura profiteretur, l. omnes, §. fin. de quadriem. praescript. C. 5. in causa transactionis quoque cessabit, l. si transactionis, 11. C. de non numer. pecun. vt & sexto loco, si quis partem pecuniae: quam numeratam fuisse distiterit, per soluerit, l. 4. C. de non numer. pec. Septimo, si creditor assereret se pecuniam dedisse, ob cuius petitionem debitor obicit exceptionem non numerata pecuniae, potest probare vsque ad 30. annos, nec ei nocet exceptio illa, l. asseruatio 10. C. de non numer. pecun.

17 Actione tamen vel exceptione non numerata pecunia proposta, opus est probatione: proinde illa solet expediri, vt si agente creditore neget debitor numeratam fuisse, probare debeat creditor numeratam biennio nondum exceptionis elapso, l. 1. & 3. C. de non numer. pecun. postea nequaquam, quin nec de eo iuramentum subire cogitur, l. in contractibus, §. super ceteris, in fine. in dicto §. illo videlicet.

18

18